
wichtigen über nachwirkungen
der theophrastischen lehre
(über Dion. Hal. hin) bei A.
Mayer: Psellos' rede über den
rhet. charakter des Greg. Naz.
Byz. zeitschr. 20 (1911) 27 ff.



THEOPHRASTI

ΠΕΡΙ ΛΕΞΕΩΣ LIBRI FRAGMENTA

COLLEGIT DISPOSVIT PROLEGOMENIS INSTRVXIT

AVGVSTVS MAYER



MCMX

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

IOANNI AB ARNIM

S.

PROLEGOMENA.

I. De editionis consilio atque ratione.

Theophrasti περὶ λέξεως librum restituendum mihi proponens non ea tantum fragmenta rhetorica, quae Theophrasti praedita nomine apud rhetoras Graecos Latinosque occurrunt, colligenda censui[1]): exilia enim sunt neque quidquam per se ipsa iuvant rhetoricae studiosos nisi suo loco in Theophrasteae doctrinae quasi corpus interposita.

Itaque id egi, ut universum λεκτικὸν τόπον ex Theophrasti doctrina lectoribus proponerem. Quod ita tantum fieri potuit, ut de Ciceronis, Dionysii, Quintiliani, Demetrii fontibus quaereretur. Quo facto statui potuit amplissima ex Theophrasti περὶ λέξεως libro excerpta iis auctoribus ad manus fuisse. Quae excerpta ex Theophrasteae doctrinae ordine proposui, 'fragmenta' sub Theophrasti nomine tradita suo loco ponere studens.[2])

---

1) Quorum pleraque praebet Maximilianus Schmidt, De Theophrasto rhetore Halis 1839, pg. 37 sqq. Duo sola fragmenta habet Ioannes Meursius in disputatione 'Theophrastus sive de illius libris, qui iniuria temporis interciderunt' inscripta (1638; apud Gronovium vol. 10 [2] pg. 642). In Wimmeri fragmentorum collectione (Theophrasti opera III) praeter quattuor fragmenta apud Demetrium servata (93—96) et unum, quod apud Ammonium extat, (65) nihil inveni. Numeros servavimus editionis Schmidtii, cuius fr. IX eiciendum est: non enim Theophrastus Eresius sed rhetor quidam Lolliani aequalis ibi commemoratur.

2) Ad Theophrasti librum restituendum et Isocrateae scholae et Aristotelis doctrinam adhibuimus, quorum praecepta Theophrastus in usum suum convertit. Illi enim scholae adnumerari potest Anaximenes Lampsacenus (cf. P. Wendland, Anaximenes von Lampsakos, Berlin, Weidmann 1906). Quod Isocratis ipsius attinet τέχνην, secutus sum quae M. Sheehan (De fide artis

Theophrastei libri dispositionem restitui licuit excerptis ipsis inter se comparatis. Ciceronis enim excerptum in 'oratore ad Brutum' extans tria pertractat argumenta: I. *περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων* (§ 20—99), II. *περὶ ὀνομάτων ἐκλογῆ*. (§ 134), III. *περὶ ὀνομάτων συνθέσεως* (§§ 140 sqq.). Demetrius autem mirum in modum eo ipso loco Ciceronem excipiens, ubi illius excerptum nos deficit, praebet ultimam partem excerpti *περὶ συνθέσεως* atque deinde (IV) excerptum *περὶ ἰδεῶν.*[1]) Eadem dispositio elucet ex loco Simplicii (in categ. edit. Ven. fol. 4 v., ed. Basil. pg. 3 B), ubi aperte *περὶ λέξεως* libri argumenta enarrantur.[2])

Quod ad Theophrasti operis formam attinet[3]), uno solo volumine comprehensum esse mihi videtur: non enim habemus cur Diogenis Laertii indici (V 47) fidem negemus, ubi titulus extat *περὶ λέξεως α̅.*[4]) Aliter sensit Usener (Anal. Theophr. pg. 9), qui ex Simplicii loco supra laudato coniecit mancum exemplar Diogeni ad manus fuisse.[5])

---

rhetoricae Isocrati tributae, Bonnae 1901) docte exposuit; Aristotelis autem ex scriptis rhetoricis praeter artem Theodecteam (de qua cf. pg. XXXVII) hic maximi momenti est *περὶ λέξεως* liber (Rhet. III 1—12), quoniam eo ipso usus est Theophrastus, ut magistri nisus fundamentis novam perficeret elocutionis doctrinam (cf. Herm. Diels, Über das dritte Buch der aristotelischen Rhetorik, Abh. der Berl. Ak. d. Wiss. 1886. IV). Recentioribus rhetoribus Aristotelis liber per solum Theophrastum innotuit, quamquam libentius Aristotelem laudant quam Theophrastum.

1) Pariter 'delectus verborum' in 'oratore ad Brutum' minus accurate (§ 134) enarratus suppletur a Quintiliano (VIII 3, 15 sqq.) et in altero Ciceronis excerpto (de or. III 148 sqq.).

2) cf. infra pg. 15.

3) Dubitari non potest, quin omnia Theophrasteae doctrinae vestigia — quoad ad *λεκτικὸν τόπον* pertinent — ad eius *περὶ λέξεως* librum sint referenda, qui solus in scholis auctoritatem nactus esse videtur.

4) Haudquaquam repugnant duo Dionysii testimonia (vol. I 23, 19; II 66, 12 U.-R.) ubi Theophrasti liber verbis '*ἐν τοῖς περὶ λέξεως*' laudatur.

5) Cum enim traditum sit '*καθὸ μὲν γὰρ λέξεις* (sc. *αἱ φωναί*) *ἄλλας ἔχουσι πραγματείας ἃς ἐν τῷ περὶ τοῦ λόγου στοιχείων ὅ τε Θεόφραστος ἀνακινεῖ ...*', Usener putavit primum totius

Pauca denique addenda sunt de studiis Theophrasteis hac aetate in lucem editis. Qua in re sua laude fraudandus non est Ludovicus Radermacher Demetrii editor.[1]) Sed prima horum studiorum certiora fundamenta iecit Antonius Westermann[2]) Theophrastum tria illa dicendi genera constituisse contendens; contra dissertationem Hugonis Rabe (De Theophrasti libris *περὶ λέξεως* Bonnae 1890) ne in singulis quidem rebus disputare nobis licuit, quoniam inquirendi viam ab ea, quam nos ingressi sumus, prorsus diversam vir doctus secutus est.[3])

II. De Dionysio.

Theophrasti de tribus generibus dicendi doctrinam — totius *περὶ λέξεως* libri gravissimum argumentum — Dionysius libri de Demosthene scripti initio nunc deperdito accuratius exposuisse videtur (cf. fragm. pg. 6 adn. 2). Itaque id nobis agendum est, ut disputatio ea, quoad fieri potest, et ex Dionysiani libri parte adhuc servata et aliis testibus

---

operis librum *περὶ τοῦ λόγου στοιχείων* inscriptum fuisse, tum secuta esse reliqua tria argumenta a Simplicio enumerata. Nos autem (cf. infra pg. 15) Simplicii textum mutilum esse putamus; excidit enim libri titulus ipse scribendumque videtur: *ὡς ἐν τῷ περὶ ⟨λέξεως περὶ τῶν⟩ τοῦ λόγου στοιχείων ὅ τε Θεόφραστος ἀνακινεῖ* . . ,'

1) Studien zur Geschichte der antiken Rhetorik, Mus. Rhen. 52, 412 sqq. et 54, 285 sqq. cf. imprimis caput V ('Exkurs: Theophrast *περὶ λέξεως*'). — Demetriani textus emendationes plerasque debeo Ioanni ab Arnim (Woch. f. klass. Phil. 1904, 201 sqq. et 228 sqq.) magistro humanissimo.

2) Geschichte der Beredsamkeit I 170. Contra disputaverunt W. Schmid: Zur Geschichte der antiken Stillehre, Mus. Rhen. 49, 133 sqq. et G. L. Hendrickson, Americ. Journal of phil. XXV 125 sqq.

3) In iis quae sequuntur 'Prolegomenorum' capitibus in universum disputavi de iis auctoribus, quibus excerpta Theophrastea ad manus fuerunt aut quorum libris Theophrastus ipse uti potuit (Aristotelis Anaximenisque); capitum ordinem ita disposui, ut fragmentorum lectores maiore cum commodo Prolegomena possint inspicere.

in auxilium vocatis restituatur (quod factum est fragm. pg. 6—20).

A Dionysio autem ea maxime de causa nobis incipiendum est, quod ex eo solo ostendi potest tria dicendi genera Theophrastum constituisse (cf. pg. 6); praetereaque librorum *περὶ ἀρχαίων ῥητόρων* dispositioni nihil aliud subest quam ipsa trium generum doctrina. Priore enim libro de iis agitur oratoribus, qui proprium dicendi genus invenerunt (Lysias, Isocrates, Isaeus[1])), altero continentur ii, qui unum ex tribus illis generibus ad perfectionem expoliverunt (Demosthenes, Hyperides, Aeschines, cf. de Dinarcho vol. I pg. 297, 1 U.-R.). Atque ne in operis quidem consilio Dionysium suum ingenium esse secutum elucet ex Ciceronis de or. III 28: 'suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim (*δεινότητα*) Demosthenes habuit'. Ibi enim praeter Isaeum omnes inveniuntur oratores a Dionysio tractati atque id ipsum quod Demosthenicae *δεινότητος* semina dicitur Isaeus iecisse (vol. I pg. 123, 23) ostendit a vulgata opinione consulto Dionysium recessisse.

Atque in priore libro non expresse Lysias humili, Isocrates medio, Isaeus sublimi dicendi generi adscribuntur. Immo vero omnino de dicendi generibus ibi sermo non est, sed 'idearum' doctrina proponitur: Lysiae enim 'necessariae' virtutes atque ex 'adscitis' duae (*ἠθοποιία* et *ἐνάργεια*) adscribuntur. Isocratis autem ut genus dicendi describatur,

1) Quod ad sublime genus attinet, perspicuum est Dionysio rationem non satis constitisse. Nam quae in de Dem. cap. 1 ponuntur exempla sublimitatis (Gorgiam dico et Thucydidem) ideo a totius operis consilio aliena erant, quod Dionysius oratores Atticos in canonem illum receptos tractare sibi proposuerat. Atque, quominus Demosthenem adhiberet, qui sublimitatis exemplum est in Schol. cod. Ven. A. ad Il. III 212 (pg. 151, 3 Dind.,) ea re impeditus est, quod ei facultatem illam unoquoque dicendi genere recte utendi (quam facultatem vulgo quidem sed perperam putant a Dionysio Demosthenis *δεινότητα* vocari) tribuere voluit. Itaque ad Isaeum, quem Demosthenis magistrum fuisse Hermippus dixit, ei confugiendum erat.

iuxta ponuntur Lysiae virtutes (de Isocr. cap. 2) et τὸ μεγαλοπρεπές (c. 3) id est generis sublimis ornatus, cuius rei causa sane ea est, quod medii generis ornatus ex 'necessariis' illis virtutibus aut 'ideis' atque idea μεγαλοπρεπείας componitur.[1]) Denique in iudicio de Isaeo δεινότητος ideam describit, qua maxime sublime genus efficitur (vol. I pg. 149, 11).

Quae idearum doctrina pariter Theophrasto debetur atque generum dicendi doctrina, quae initio libri de Demosthene scripti enarratur; ibi cap. 1 occurrunt Gorgias et Thucydides (genus sublime)[2]), cap. 2 Lysias (genus humile), cap. 3 Isocrates (genus medium).[3])

Ceterum adnotari par est Dionysium procul dubio eiusdem formae excerptum ex Theophrasti περὶ λέξεως libro confectum ante oculos habuisse atque Ciceronem in 'oratore'. Nam de Demosth. capp. 1—34 περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων capp. 35 sqq. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων agitur, quae etiam Ciceronis sunt argumenta.

---

1) Ibi minus bene Dionysio res processit, quod Isocrates sine dubio non purae atque temperatae μεσότητος, quam ostendit Peripateticorum maxime elocutio, sed floridi dicendi generis, sophistarum proprii (quae est altera medii generis varietas), exemplum est. Isocrates enim praecipue sequitur ideam suavitatis (τὸ ἡδύ). Itaque Dionysio ut eius μεσότητος exemplum, quae re vera μικτὴν λέξιν ostendit, Peripateticus scriptor (ex. gr. Demetrius Phalereus) ponendus erat, quod quominus faceret 'canone' illo oratorum Atticorum impeditus est. Altera ex. parte fit, ut idea suavitatis, Isocratis re vera propria, (cf. Cic. de or. III 28) apud Dionysium prorsus fere silentio prematur.

2) Qua ex discrepantia cum priore de antiqu. orat. libro elucet hic non sui operis consilium sed auctoris sui Theophrasti sententiam Dionysium esse secutum.

3) Theophrastus autem (fr. IV S) ut Dionysius ipse dicit huius generis inventorem posuit Thrasymachum; Isocrates autem ornamenta elocutionis a Thrasymacho inventa perfecit atque expolivit (Cic. or. 175); itaque procul dubio apud Theophrastum Isocrates medii generis τελειωτής erat, εὑρετής Thrasymachus. Itaque ne dispositio quidem Dionysii bene se habet: potius ita erat dividendum, ut Lysias et Isocrates γραφικοί, Demosthenes, Aeschines, Hypereides ἀγωνιστικοί oratores vocarentur.

III. De Cicerone

a) De 'oratore ad Brutum'.

Si quidem omnino Theophrastea doctrina in 'oratore ad Brutum' inest, ex ipsa rei natura effici potest ex Theophrasto eas tantum libri partes hauriri potuisse, quae et technologiam ipsam exhibent et pertinent ad *λέξιν*. Quibus condicionibus hae libri particulae sufficiunt:

I. *Περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων:*

1. §§ 20. 21. Tria dicendi genera summatim enumerantur.
2. §§ 36. 52. 53. De trium generum causa: tria genera *κρίσεων* et *προαιρέσεων* varietate effici docetur.

   Quae varietas duplicem in modum demonstratur:

   a) historice (§§ 37—42): *περὶ γενέσεως χαρακτήρων*

   b) per *εἴδη* litterarum (§§ 61—68)
3. § 69: *περὶ τελῶν χαρακτήρων*
4. §§ 70—74: *περὶ χρήσ ως χαρακτήρων*
5. §§ 75—99: tria dicendi genera accurate exponuntur.

II. *Περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων* § 134.

III. *Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* §§ 140 sqq.

1. *Περὶ ἁρμογῆς* §§ 149—163.
2. De figuris antitheticis §§ 164—167.
3. *Περὶ ῥυθμοῦ* §§ 168—229

   a) *Περὶ γενέσεως ῥυθμοῦ* §§ 174—176

   b) *Περὶ αἰτίας ῥυθμοῦ* §§ 177 sq.; 185—187

   c) *Περὶ φύσεως ῥυθμοῦ* §§ 179—198

   d) *Περὶ χρήσεως ῥυθμοῦ* §§ 199—218.
4. De periodo §§ 207—212; 225; 221 sq.[1])

---

1) Reliqua 'oratoris' argumenta quod attinet, duo sola (§§ 43—60 et §§ 121—133) technica sunt; quae tamen non ad *λέξιν* pertinent sed ad ceteras rhetoricae partes. Ceterum reliqua libelli argumenta omnia Philoni debentur Ciceronis doctori, praeter duas solas particulas (§§ 22—35 et §§ 100—112) quas Cicero de suo addidit. Cetera Philonis produnt ingenium, qui (cf. Arnim, Dio von Prusa pg. 97 sqq.) philosophiam et rhetoricam non pugnare inter se sed uno scholastico officio coniungi voluit. Quae Philonis sententia fusius in III de oratore libro

Quae singula capita re vera ex Theophrasto fluxisse infra ex eis, quae ad 'fragmenta' adnotavimus, satis elucebit. Vides igitur Ciceronem hic excerpto aliquo Theophrasteo esse usum, ubi primum et tertium Theophrasti caput (genera dicendi et compositio) satis accurate reddita sunt, alterius (delectus verborum) nihil nisi exile vestigium remansit, quartum (ideae) omnino deest.

b) De III 'de oratore' libro.

Ciceronis 'de oratore' libri III argumenta exponentes hic etiam eas tantum partes respiciemus, ubi re vera technice περὶ λέξεως agitur: quae solae ex Theophrasti libro hauriri potuerunt: atqui mirum in modum fit, ut hic etiam (pariter atque in 'oratore') eae partes, quae λέξιν omnino non spectant[1]) Philoni debeantur, h. e.: Philo hic etiam auctor fuit Ciceronis eique praeter eam, quam ipse excogitavit, doctrinam etiam excerptum ex Theophrasti libro confectum praebuit.

Post totius libri praefationem (§§ 1—24) atque praeter eas partes, quae aperte ab argumento technico alienae sunt, haec proponuntur argumenta:

---

exposita hic etiam recurrit (cf. § 14 'sine philosophia non posse effici ... eloquentem'); Philonis δόγματα de oratore instituendo recurrunt §§ 113—120, ubi exponitur dialectica, philosophia, physica, iuris civilis historiaeque scientia oratorem instructum esse oportere. Vel etiam technicas illas disputationes (§§ 43—60; 121—133) λέξιν excedentes Philoni licet tribui, maximique momenti est § 46: 'haec igitur quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur θέσις; in hac Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem tenuiter disserendi sed ad copiam rhetorum in utramque partem, ut ornatius et uberius dici possit, exercuit'. Nam cum etiam de or. III 111 sqq. θέσεις orationis ornatui subiciantur eiusque rei exercitatio § 110 expresse Philoni tribuatur, iam quo Cicero usus sit doctore ambigi non amplius potest.

1) Dico egregias illas de eruditionis apud Graecos historia disputationes atque praeterea disputationem αὔξησιν et θέσιν comprehendentem, h. e. §§ 52—95 (eruditionis historia I), §§ 104—125 (αὔξησις, θέσις), §§ 126—147 (eruditionis historia II). Ceterum cf. I. ab Arnim, Dio von Prusa cap. I pg. 99 sq. et 107.

§§ 25—36 *κρίσεων* et *προαιρέσεων* varietas.
§§ 37—51 *ἑλληνισμός, σαφήνεια* ('Latine, plane').
[§§ 52—95 technicae non sunt] § 52: 'ornatus'.
§§ 96—103 *περὶ τελῶν* (*κάλλος — ἡδονή*); vitia orationis.
[§§ 104—147 technicae non sunt].
§§ 148—170 *περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων.*
§§ 171—198 *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.*
§§ 199—200 *περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων.*
§§ 201—209 *περὶ σχημάτων.*
§§ 210—212: de usu trium dicendi generum ('aptum').
Reliqua ('*περὶ ὑποκρίσεως*') ad *λέξιν* non pertinent.

Qua in argumentorum enumeratione consulto Ciceronis ipsius dispositionem neglexi, qui (§ 37) totam materiam secundum quattuor dicendi 'virtutes' (Latinum §§ 37—47, planum §§ 48—51, ornatum §§ 52—208, aptum §§ 209—212) dividit; quam disponendi rationem prorsus nullam esse statim videbimus; qua de causa ea, quae re vera tractantur, argumenta proposui. Quam rem si tenuerimus, statim elucebit in Ciceronis fonte haec ex ordine fuisse tractata capita:

I. *περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων.*
II. *περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων.*
III. *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων*

h. e. prima tria Theophrastei libri capita. Quorum alterum et tertium in argumentorum conspectu nostro suapte vi oculis sese offerunt. Primum autem ex vitiosa Ciceronis dispositione restituendum nobis est. Dicimus enim ad hoc caput haec pertinere argumenta:

§§ 25—36 *κρίσεων* et *προαιρέσεων* varietas
§§ 96—103 *περὶ τελῶν*; vitia orationis
§§ 199. 200 (ubi tria dicendi genera enumerantur)
§§ 210—212: de usu generum dicendi.

Eae orationis virtutes, quibus Cicero, quaecumque in libro III enarrat, subicere videtur, dico 'Latinum, planum, ornatum, aptum' re vera nihil aliud sunt quam *ἰδέαι λόγου*. Atque si memoria tenemus Ciceronem in III de oratore

libro tria priora Theophrastei libri capita praebere neque ullum deesse nisi caput περὶ ἰδεῶν, iam apparet Ciceronem satis infelicem in modum quartum Theophrasti caput cum reliquis tribus contaminare voluisse.

Prorsus enim eum fugit capita περὶ ἐκλογῆς et περὶ συνθέσεως, quae exhibet, generales de iis rebus disputationes esse neque quidquam ad 'ideas' pertinere (licet in capite περὶ ἰδεῶν et delectus et compositio fuerint respicienda videlicet generalibus de iis rebus disputationibus iam praemissis). Melius igitur in 'oratore' rem gessit, ubi contentus est tractatis tribus dicendi generibus ἐκλογήν (§ 134) et σύνθεσιν (§§ 140 sqq.) exhibere, 'ideis' omnino non respectis. Atque omnino intellegi non potest, cur delectus et compositio 'ornatui' subiciantur soli, cum etiam ἑλληνισμός, σαφήνεια ceteraeque ideae (quae apud Ciceronem desunt) et delectu et compositione efficiantur. Itaque aut de ideis Ciceronem agere oportebat atque unicuique ideae ἐκλογήν et σύνθεσιν subicere[1]) aut omnino ideis non respectis, ut in 'oratore' factum est, tribus prioribus Theophrasti capitibus esse contentum.

c) De 'partitionibus oratoriis'.

Tertium excerptum ex Theophrasti περὶ λέξεως libro confectum Cicero praebet in partitionibus oratoriis:

Tractantur[2]) part. or. §§ 16—24 brevissime haec capita: ἐκλογὴ ὀνομάτων, σύνθεσις ὀνομάτων, περὶ ἰδεῶν. Atque ipso disputationis initio ἐκλογή et σύνθεσις distinguuntur: 'Expone deinceps quae ipsius orationis verborumque (= περὶ λέξεως) praecepta sint. — P.: Unum genus est eloquendi sua sponte fusum (λέξις εἰρομένη), alterum versum atque

1) Ut in Demetrii περὶ ἑρμηνείας libro factum est.
2) Totus libellus (§§ 3, 4) tres in partes dividitur; in 'vim orationis' (§§ 5—26), 'orationem' (§§ 27—60), 'quaestionem' (§§ 61—138). Primae parti subiciuntur quinque ἔργα ῥητορικῆς: inventio, dispositio, elocutio (§§ 15—24), memoria, actio. Alteri parti subiciuntur quattuor partes orationis (prooemium, narratio, probatio), tertiae (§§ 61—138) θέσις et ὑπόθεσις (cui rursus subiecta sunt laudatio, deliberatio, iudiciale genus).

mutatum (*λέξις κατεστραμμένη*). Prima vis est in simplicibus verbis (*ἐκλογή*), in coniunctis (*σύνθεσις*) secunda. Simplicia invenienda sunt, coniunctio collocanda est'. In sequentibus specialiter de delectu agitur usque ad § 18 ('Habeo de simplicibus verbis, nunc de coniunctione quaero'); sed de compositione hic perpauca tantum traduntur: 'Numeri quidam sunt in coniunctione servandi, consecutioque verborum; numeros aures ipsae metiuntur, ne aut non compleas verbis, quod proposueris, aut redundes'. Iam enim sequentia ('consecutio autem ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio: nam ut in simplicibus verbis, quod non est Latinum [*βαρβαρισμός*], sic in coniunctis, quod non est consequens [*σολοικισμός*] vituperandum est') ad idearum doctrinam pertinent (latet enim idea *ἑλληνισμοῦ*, qui sane et delectu et compositione efficitur), quamquam Ciceronis ex dispositione pars *περὶ ἰδεῶν* a § 19 demum incipere videtur ('Communia autem simplicium coniunctorumque verborum haec sunt quinque quasi lumina [= *ἰδέαι*] dilucidum, breve, probabile, inlustre, suave'), quae pars usque ad § 22 extr. pertinet. In § 23 ad *σύνθεσιν* Cicero reverti videtur ('Reliquum est igitur, ut dicas de conversa oratione atque mutata'[1]) [*λέξις κατεστραμμένη*]), sed re vera nihil aliud sequitur quam argumentum aliquod ad ideam *συντομίας* pertinens ab Aristotele Rhet. III c. 6 in. tractatum.[2]) Re vera autem § 24 ad *σύνθεσιν* pertinet; agitur enim *περὶ τάξεως* ('In coniunctis autem verbis triplex adhiberi commutatio potest, non verborum sed tantummodo ordinis ut cum semel dictum sit directe, ut natura ipsa tulerit [*φυσικὴ τάξις*], invertatur ordo . . . deinde idem intercise atque permixte [*σύγχυσις*]').

1) Quae verba ita tantum bene se haberent, si supra exposita esset *λέξις εἰρομένη*.

2) '*εἰς ὄγκον δὲ τῆς λέξεως συμβάλλεται τάδε· τῷ λόγῳ χρῆσθαι ἀντ' ὀνόματος* (sequitur exemplum) *εἰς δὲ συντομίαν τὸ ἐναντίον ἀντὶ τοῦ λόγου ὄνομα*' = Cic. part. or. § 23: 'Est quidem id genus totum in commutatione verborum, quae simplicibus in verbis ita tractatur, ut aut ex verbo dilatetur aut in verborum contrahatur oratio'.

IV. De Aristotelis idearum doctrina.

Manifestum est toti Aristotelis *περὶ λέξεως* libro idearum doctrinam subesse atque praeterea ita rem gerere Aristotelem, ut eluceat iam ante eum virtutes illas oratorias (*ἰδέαι λόγου*) esse constitutas: patet enim eum et vulgata accepisse et communem opinionem quadam ex parte voluisse impugnare. Contendimus enim in Aristotelis *περὶ λέξεως* libro has tractari ideas aut laudes orationis virtutesque:

ἑλληνισμός	*πάθος*
σαφήνεια	*ἠθοποιία*
συντομία	*ἐνάργεια*
πρέπον	*ἡδύ*
πιθανότης	*μεγαλοπρεπές*

Quod si demonstrare volumus, ante omnia fatendum nobis est Aristotelem non de ‘ideis’ loqui sed de ‘virtutibus’ tantum (‘*ἀρεταὶ λέξεως*’) neque de virtutibus quidem pluribus sed — si ipsius verba premere volumus — unam solam ‘*λέξεως ἀρετήν*’ commemorare. Dicit enim (pg. 1404 B 1) ‘*ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι . . . καὶ μήτε ταπεινὴν* (*ἀλλὰ κεκοσμημένην* suppleri potest ex v. 7) *μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα ἀλλὰ πρέπουσαν*’. Sed quid omnino interest, utrum dicatur *λέξεως ἀρετήν* constitui perspicuitate, ornatu, eoque, quod decet, an: *λέξεως* esse virtutes complures, h. e. *τὸ σαφές, τὸν κόσμον, τὸ πρέπον*? Itaque re vera *ἀρετὰς λέξεως* novit Aristoteles; cum autem ‘*ἰδέαι*’ illae prorsus idem sint atque ‘*ἀρεταί*’[1]), iure Aristotelis ‘virtutes’ cum Theophrasti ‘ideis’ possumus comparare.[2])

---

1) Nam ab iis, qui Theophrasti exhibent doctrinam, utraque vox synonyme adhibetur.

2) Cum id quidem constet idearum doctrinam Aristotele esse antiquiorem, non liquet, utrum iam ante Theophrastum virtutes oratoriae ‘*ἰδέαι*’ sint vocatae necne. Nam Isocratis de ‘ideis’ loci, quos Sheehan congessit (l. l. pg. 31 sq) nihil satis certi nos docent. cf. ex. gr. soph. § 16 ‘*φημὶ γὰρ ἐγὼ τῶν μὲν ἰδεῶν, ἐξ ὧν τοὺς λόγους ἅπαντας καὶ λέγομεν καὶ συντίθεμεν, λαβεῖν τὴν ἐπιστήμην οὐκ εἶναι τῶν πάνυ χαλεπῶν*’. Tamen

Restat igitur, ut demonstretur 'virtutes' illas aut 'ideas' supra a nobis conscriptas re vera apud Aristotelem reperiri. Iam enim loco supra laudato (pg. 1404 B 1) una occurrunt haec: σαφήνεια et μεγαλοπρέπεια et τὸ πρέπον. Nam 'ornatum orationis', de quo Aristoteles diserte verba facit, sine dubio est idea μεγαλοπρεπείας, licet vox ipsa in capite XII demum (pg. 1414 A 20) occurrat. Ad perspicuitatem autem adiungi par est ἑλληνισμόν (c. V) et συντομίαν, quae cum perspicuitate coniungitur pg. 1414 A 25: ἄν τε γὰρ ἀδολεσχῇ οὐ σαφὴς οὐδὲ ἂν ⟨λίαν⟩ σύντομος· ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ μέσον ἁρμόττει.[1]) De ipsa brevitatis virtute agitur in capite VI atque capitis V initio legitur: ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν; quo in capite, cum item de perspicuitate agatur, iam apparet Aristotelem re vera una omnes tractare illas ideas. Τῷ πρέποντι autem in tabella nostra adiunximus credibilitatem Aristotelem ipsum secuti (pg. 1414 A 28 τὸ πιθανὸν ἐκ τοῦ πρέποντος cf. pg. 1404 B 19). Suavitas autem (τὸ ἡδύ) loco pg. 1405 A 8 cum virtutibus perspicuitatis atque ornatus coordinatur: 'καὶ τὸ σαφὲς καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ξενικὸν ἔχει μάλιστα ἡ μεταφορά'. Porro πάθος et ἠθοποιίαν Aristoteles ipse τῷ πρέποντι subiunxit: nam cap. VII in. haec legimus: 'τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις ἐὰν ᾖ παθητική τε καὶ ἠθικὴ καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι ἀνάλογον'. Altera πρέποντος species (ἠθικὴ λέξις) enim nihil aliud est quam ethopoeia; nam de ethica oratione haec legimus: (pg. 1408 A 25): 'καὶ ἠθικὴ δὲ (sc. λέξις) αὕτη· ἡ ἐκ τῶν σημείων δεῖξις ὅτι ἀκολουθεῖ ἡ ἁρμόττουσα (sc. λέξις) ἑκάστῳ γένει καὶ ἕξει (κ. τ. λ. usque ad v. 32). 'Σημεῖα' enim sunt orationis proprietates certam loquentis ἕξιν

---

affirmari potest et rem ipsam Aristotele esse antiquiorem et vocem 'ἰδέαι' in IV saeculi terminologia rhetorica occurrere — sane philosophis iam dudum notam.

1) Λίαν supplevi, quia sine dubio συντομία efficit σαφήνειαν neque ei repugnat, quod diceretur, si traditam lectionem sequeremur. Nam συντομία Aristotelis ex sententia sine dubio virtus est — h. e. 'μέτριος συντομία' ('τὸ μέσον ἁρμόττει'), quae virtus, ut semper, duo habet vitia μεσότητα excedentia: ἀδολεσχίαν atque nimiam brevitatem.

significantes. Ἐνάργεια denique fusius initio cap. XI tractatur.

Itaque vel totius libri dispositioni ἰδέαι fundamento sunt: inde a pg. 1404 B 37 usque ad finem capitis IV tractatur ornata orationis forma (ὄγκος, κόσμος, μεγαλοπρέπεια)[1]), deinde (capp. V—VII) de ceteris ideis agitur, excepta suavitate, atque praecipue de mutua ratione, quae et inter eas solas intercedat et iisdem cum orationis ornatu sit.[2]) Iam vides igitur toti Aristotelis περὶ λέξεως libro idearum doctrinam subesse: nam reliqua libri pars suavitatem tractat (capp. VIII—XI), cui ἐνάργεια (cap. XI) subiungitur; nam capp. VIII et IX ex Aristotelis ipsius sententia suavitati adnumeranda sunt atque etiam ‘τὰ ἀστεῖα καὶ εὐδοκιμοῦντα’ (capp. X et XI), inter quae etiam (c. XI) ἐνάργεια est, ab Aristotele ipso suavitati adscribuntur.[3])

---

1) cap. II: μεταφορά, cap. III: ψυχρόν (διπλᾶ ὀνόματα, γλῶτται, ἐπίθετα, μεταφοραί), cap. IV: εἰκών, quae omnia pertinent ad ornatum orationis.

2) cap. V tractantur ἑλληνισμός et σαφήνεια, quatenus sint in constructione orationis et structura. cap. VI de ratione ornatus (ὄγκος) agitur cum brevitate. cap. VII tractantur πρέπον, ἠθοποιία, πάθος πιθανόν.

3) Quarum rerum alteram brevibus possumus absolvere: in cap. X enim idea suavitatis ter recurrit (pg. 1410 B 10, 12, 18). Haud primo autem obtutu prior res elucet. Nam cap. VIII ῥυθμός, cap. IX περίοδος tractatur, quae res cur potissimum suavitati adscribantur, ambigi possit. Sed primum animo tenendum est rhythmum et periodum esse λογοδαιδάλων illorum inventa (Thrasymachi et Isocratis), qui maxime ἡδονὴν ut oratoris τέλος sibi proponebant; deinde Aristoteles ea in re sagacissima psychologica ratione usus est. Sed iam loci afferendi sunt, ex quibus elucet Aristotelem et numerum (cap. VIII) et periodum (cap. IX) suavitati adnumerasse: pg. 1414 B 26 docetur suavitatem his effici rebus: recte si misceatur perspicuitas et ornatus, numero oratorio, si decens atque credibilis sit oratio; praeterea in ipso cap. VIII numerus ad suavitatem pertinere dicitur (pg. 1408 B 27 ἀηδὲς γὰρ καὶ ἄγνωστον τὸ ἄπειρον). Quod autem periodus Aristotelis ex sententia ad suavitatem pertinet, id maxime ex loco pg. 1409 B 1 elucet (‘ἡδεῖα ἡ τοιαύτη (sc. periodus) καὶ εὐμαθής. ἡδεῖα μὲν διὰ τὸ ἐναντίως ἔχειν τῷ ἀπεράντῳ κ. τ. λ.’). Psychologicam autem rationem, qua

Postquam igitur capp. II—XI ideae sunt pertractatae, in cap. XII exponitur differentia *γραφικῆς* et *ἐναγωνίου λέξεως*, quam rem Theophrasti generum dicendi doctrinae semina iecisse manifestum est (cf. infra pg. 26 sqq.). Qua re absoluta iam in fine totius *περὶ λέξεως* libri ad *ἰδέας* Aristoteles revertitur (pg. 1414 A 20): 'τὸ δὲ προσδιαιρεῖσθαι τὴν λέξιν ὅτι ἡδεῖαν δεῖ καὶ μεγαλοπρεπῆ (sc. εἶναι) περίεργον· τί γὰρ μᾶλλον σώφρονα καὶ ἐλευθέριον καὶ εἴ τις ἄλλη ἤθους ἀρετή· τὸ δὲ ἡδεῖαν εἶναι ποιήσει δηλονότι τὰ εἰρημένα, εἴπερ ὀρθῶς ὥρισται (locum dicit pg. 1404 B 1—4) ἡ ἀρετὴ τῆς λέξεως· τίνος γὰρ ἕνεκα δεῖ σαφῆ καὶ μὴ ταπεινὴν (suppleri potest: ἀλλὰ κεκοσμημένην μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα) εἶναι ἀλλὰ πρέπουσαν';

Quibus ex verbis elucet iam ante Aristotelem idearum doctrinam constitutam fuisse. Nam aperte hic Aristoteles eandem idearum tabellam, qua in ipsius libelli dispositione usus est, critico recenset ingenio. Patet enim eum omnes ideas illas non ipsum constituisse sed ab aliis accepisse: quoniam ipse nos docet praeter ceteras ideas (*ἑλληνισμός*, *σαφήνεια κ. τ. λ.*) a rhetoribus quibusdam, qui ante se fuerint, *τὸ ἡδύ* et *τὸ μεγαλοπρεπές* commemorari. Quae ultimae duae ideae mirum in modum scrupulos ei iniecisse videntur. Nam *τὸ ἡδύ* virtutem quidem esse concedit orationis — quid, quod ipse in libro *περὶ λέξεως* saepius eam commemorat? — sed eam per se constare negat. Atque etiam quod *τὸ μεγαλοπρεπές* attinet, potius in verbis quam in re ipsa haesitare videtur: nam etiam *λέξιν κεκοσμημένην* (*ὄγκος*) ipse commemorat. Itaque, licet Aristoteles et 'suavitatis' et 'ornatus' ideas non nisi invitus inter ceteras acceperit — vulgatam sane atque traditam secutus doctrinam — nihilo minus certissimum est eum omnes, quas conscripsimus, ideas novisse atque vel totius libelli *περὶ λέξεως* fundamentum posuisse. Quas ideas etiam Theo-

---

Aristoteles ibi usus sit, hanc esse dico: rhythmum atque periodum hominum naturae quasi insita esse evincit eaque re ostendit utramque rem humano voluptatis atque suavitatis desiderio inservire.

phrastum accepisse atque ad eas nihil aliud quam 'τὸ δεινόν' addidisse videbimus (pg. 13 sqq.).

V. De Quintiliani libro VIII.

Quintiliani liber VIII tria haec Theophrasti capita exhibet:

I. περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων
II. περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων
III. περὶ ἰδεῶν.

Ac si reputamus eum etiam partem περὶ συνθέσεως exhibere doctrina Theophrastea refertam (licet hoc caput male a ceteris separatum ad librum IX relegaverit) omnino dixeris Quintilianum absolutissimum omnium atque plenissimum excerptum ex Theophrasti libro praebere; sane statim primo obtutu elucet eum primi capitis frustulam tantum servavisse atque etiam disputationem περὶ ἰδεῶν non solum incompletam sed etiam cum ceteris contaminatam esse.

Pariter enim atque Cicero, ipso libri initio (VIII 1, 1) totam quam praebet materiam quattuor illis 'ideis' subicit Latinitati, perspicuitati, ornatui, decentiae: praeterea aeque atque apud illum 'ornatui' (VIII 3) res omnino ad eum non pertinentes subiciuntur: h. e. doctrina de tribus dicendi generibus (VIII 3, 1—14) et caput περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων (VIII 3, 15—39). Sed tamen prorsus aliter ac Cicero atque multo melius rem gessit; cum enim Cicero re vera nihil aliud habeat, quam notiones illas 'idearum', quae ad verum III 'de oratore' libri argumentum nihil faciunt, Quintilianus re vera doctrinam περὶ ἰδεῶν exhibet; atque apud eum solus rerum ordo paullulum emendandus est, ut eluceat eius auctorem[1]) absolutum atque bene digestum excerptum ex Theophrasti libro confectum praebuisse. Haec enim argumenta Quintilianus tractat:

---

1) Quem puto Caecilium Calactitam fuisse, qui in 'arte' sua rhetorica λεκτικὸν τόπον pertractans Theophrasti potissimum libro usus esse videtur.

l. VIII praefatio §§ 18—22: *τέλη* (*κάλλος — ἀνάγκη*)
§ 33: *τέλη* (*κάλλος — ἡδονή*)
l. VIII 1 et 2: *περὶ ἰδεῶν* (*ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία*)
l. VIII 3, 1—11: *τέλη* (*κάλλος — ἀνάγκη*); vitia orationis
11—14: de usu generum dicendi
15—39: *περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων*
l. VIII 3, 40 — VIII 5 extr.: *περὶ ἰδεῶν*
l. VIII 3, 42 et 43: *πιθανόν, ἐναργές*
44—60: vitia orationis
l. VIII 3, 61 — VIII 5 extr.: *μεγαλοπρεπές*
l. VIII 3, 87—89: vestigia *ἡδονῆς* et *δεινότητος*
l. VIII 6, 1—59: *περὶ ὀνομάτων ἐκλογῆς* (‘*τρόποι*’).

Qua ex argumentorum (manifesto a Quintiliano perverse dispositorum) enumeratione iam patet Quintiliani auctorem ei excerptum Theophrasteum praebuisse amplissimum, ex quo haec tantum Quintilianus servavit:

I. *περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων*:
περὶ τελῶν (praef. §§ 18—22 et 33; VIII 3, 1—11)
de vitiis orationis (VIII 3, 7 et 44 sqq.)
de usu generum dicendi (VIII 3, 11—14)
II. *περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων* (VIII 3, 15—39; 6, 1—59)
⟨III. *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* IX 4⟩
IV. *περὶ ἰδεῶν* VIII 1 et 2; VIII 3, 40 — VIII 5 extr.

Adnotare placet excerptum Theophrasteum, a Quintiliano exhibitum id supplere, quod Cicero in ‘oratore’ servavit. Nam ut Demetrii liber eo ipso loco incipit, ubi Ciceronis ‘orator’ nos deficit (h. e. in doctrina periodi), ita Quintilianus alteram lacunam Ciceroniani excerpti complet: nam ‘de delectu verborum’ Cicero nihil fere habet (vestigia in § 134): fini enim Ciceronianae ‘*περὶ χαρακτήρων*’ disputationis (or. § 70—74)[1]) Quintiliani VIII 3, 11—14 respondent, tum apud Quintilianum caput ‘De delectu verborum’ sequitur, a Cicerone neglectum.

VIII 1 et 2 tractantur hae ‘ideae’: *ἑλληνισμός* (VIII 1),

---

1) Nam re vera *χρῆσις* (ut in capite ‘de numeris’) in Ciceronis fonte post ‘naturam’ (§§ 75—99) tractata esse videtur.

σαφήνεια (VIII 2), συντομία (VIII 2, 19), quas manifestum est haud suo loco positas esse, quoniam sine dubio vitiose interpositae sunt inter duas 'περὶ τελῶν' disputationis partes (dico praefationem libri VIII et VIII 3, 1 sqq.). Itaque genuinus eius disputationis locus nobis quaerendus est. Quem manifesto eum VIII libri dixeris locum, ubi absoluta disputatione περὶ ἐκλογῆς (quae pertinent usque ad VIII 3, 39) continenter de 'ideis' disputatur. Videmus enim in Quintiliani fonte has tractatas fuisse ideas: ἑλληνισμόν (VIII 1), σαφήνειαν (VIII 2), συντομίαν (VIII 2, 19), πιθανόν (VIII 3, 42), ἐναργές (VIII 3, 43)[1]: Quae sunt aut 'necessariae' ideae aut 'communes' omnium χαρακτήρων. Tum inde a VIII 3, 61 (interposita disputatione de vitiis) tractantur ideae illae, quae proprium efficiunt dicendi genus (ἴδιαι ἀρεταὶ πλάσματος): h. e.: τὸ μεγαλοπρεπές (quod solum accuratius exponitur; enumerantur enim 'εἴδη κατασκευῆς'[2]) ad eam ideam pertinentia) τὸ ἡδύ, τὸ δεινόν (quarum rerum VIII 3, 87—89 misera extant vestigia).

'Idearum' enim disciplinam inde a VIII 3, 40 tractari ex ipsius Quintiliani verbis elucet (§ 40): 'Iam hinc igitur ad rationem sermonis coniuncti transeamus, cuius ornatus in haec duo dividitur, quam concipiamus elocutionem, quo modo efferamus. Nam primum est, ut liqueat, augere quid velimus an minuere, concitate dicere an moderate, laete an severe, abundanter an presse, aspere an leniter, magnifice an subtiliter, graviter an urbane. § 41: Tum quo transla-

---

1) § 42: 'igitur ante omnia ne speremus ornatam orationem fore, quae probabilis non erit' cui ideae (πιθανότης) etiam adiungitur ἠθοποιία § 43: 'Itaque (Cicero) vult esse auctoritatem in verbis, sententias vel graves vel aptas opinionibus hominum ac moribus'. Ἐνάργεια autem subest in § 43: 'His enim salvis licet assumere ea, quibus inlustrem fieri orationem putat (sc. Cicero) ... ab ipsa actione atque imitatione rerum non abhorrentia.' Πρέπον hic deest, quod ea idea a Quintiliano prorsus alium in locum (inst. or. XI) relegata est.

2) VIII 3, 61 ἐνάργεια, 72 ὁμοίωσις, 82 βραχυλογία, 83 ἔμφασις, 85 ἀποσιώπησις; VIII 4 αὔξησις; VIII 5 exornationes sententiosae (γνώμη, ἐνθύμημα, ἐπιφώνημα).

tionum genere, quibus figuris, qualibus sententiis, quo modo, qua postremo collocatione id, quod intendimus, efficere possimus'.

Quibus verbis aperte idearum doctrinae notio exponitur. Noli enim putare Quintilianum 'ratione sermonis coniuncti' hic *σύνθεσιν* significare. Vult enim eam dicere doctrinae *λεκτικῆς* partem, ubi non solum singula verba spectentur (ut in delectu verborum) sed totius, ut ita dicam, orationis corpus cernatur. Atque egregie hanc materiam in duas res dividit in 'elocutionis conceptionem' (h. e. ideas ipsas) atque in rationem idearum efficiendarum: primo enim oratorem oportet certam ideam sibi eligere h. e. ei liquere debet, utrum *δεινῶς* an *μεγαλοπρεπῶς* an *ἡδέως* velit dicere[1]); tum id ei agendum est, ut ideam, quam sibi proposuit, etiam re vera efficiat, ideae autem et delectu verborum et compositione figurisque efficiuntur.[2])

Ecce habes egregiam idearum doctrinae dispositionem: nam re vera non solum 'ideae' ipsae exponendae sunt sed etiam (ut in Demetrii libro fit) docendum est, quomodo *τὸ μεγαλοπρεπές*, *τὸ ἡδύ*, *τὸ δεινόν*, *τὸ σαφές* *κ. τ. λ.* ex singulis verbis et ex compositione gignantur. Quam alteram doctrinae partem Quintilianus promisit quidem sed re vera non praebuit. Contentus enim est ideas ipsas exponere; accuratius de iis non disputat; sola *εἴδη κατασκευῆς* ad *μεγαλοπρέπειαν* pertinentia enumeravit.

Itaque constat §§ 40. 41 ad idearum doctrinam Quin-

---

1) Procul dubio ideae apud Quintilianum variis Latinis nominibus circumscribuntur: ad *δεινόν* haec nomina pertinere videntur: 'concitate, severe, aspere, graviter' ad *μεγαλοπρεπές* haec: 'abundanter, magnifice', ad *ἡδύ* haec: 'moderate, laete, leniter, urbane'; voces 'presse' et 'subtiliter' ad *ἀρετὰς ἀναγκαίας* pertinent. Si autem dicitur: 'ut liqueat augere quid velimus an minuere' haec Quintilianus addidit, ut sectio quarta (VIII 4) significetur.

2) Ad *ἐκλογὴν* pertinent: 'translatio' et 'modus' (= *τρόπος*): ad *σύνθεσιν* 'collocatio' (*ἁρμογή*) et 'figura' (*σχῆμα*). 'Sententiae' ea tantum de causa commemorantur, ut sectio quinta (VIII 5) significetur, ubi exornationes enthymematicae tractantur.

tilianum transire; atque cum §§ 42, 43 ultimae ideae ex serie 'necessariarum' et 'communium' virtutum (h. e. τὸ πιθανόν, ἠθοποιία, ἐναργές) exponantur, manifestum est hic etiam reliquas 'necessarias' ideas (ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία VIII 1 et 2) inserendas esse. Postea, ut dixi, tractatur τὸ μεγαλοπρεπές: § 61: 'ornatum est, quod perspicuo et probabili plus est'. Atque ex ipsis Quintiliani verbis elucet hinc demum re vera 'ornatum' (τὸ μεγαλοπρεπές) tractari, non (ut editionum inscriptiones exhibent) toto capite VIII 3 quod male 'de ornatu' inscribitur. Praeterea Quintiliani verba docent hic ideas loco VIII 3, 43 interruptas (interposita scilicet disputatione de vitiis) continuari: nam recurrit notio πιθανότητος (VIII 3, 42). Genuinus connexus etiam ea ex re elucet, quod prima exornatio μεγαλοπρεπείᾳ subiecta est ἐνάργεια, quae item fuit ultima ex 'communibus' ideis; itaque Quintiliani auctor significare voluisse videtur ἐνάργειαν et 'communibus' ideis et specialiter 'ornatui' adscribi posse. Porro ex 'fragmentis' elucebit ad ideam μεγαλοπρεπείας non solum exornationes VIII 3, 61 sqq. enumeratas (ἐνάργεια, ὁμοίωσις, βραχυλογία, ἔμφασις, ἀποσιώπησις) sed etiam αὔξησιν (VIII 4) et sententiosas exornationes (VIII 5) pertinere (cf. pg. 206).

Restat, ut VIII 3, 87—89 vestigia suavitatis et δεινότητος ostendantur. Atqui τὸ δεινόν exponitur in §§ 88, 89: 'virium non unum genus . . . praecipua tamen eius (sc. vis) opera δείνωσις in exaggeranda indignitate (ἐπανάστασις) et in ceteris altitudo (ὕψος) quaedam, φαντασία in concipiendis visionibus (cf. π. ὕψ. c. 15), ἐξεργασία in efficiendo velut opere proposito, cui adicitur ἐπεξεργασία . . . ἐνάργεια confinis est. . . . § 89: Est et amarum (πικρόν) quiddam, quod fere in contumelia est positum . . . . et acre (ὀξύ) . . . sed vis (δεινότης) oratoris omnis in augendo (αὔξησις) minuendoque consistit'. Suavitatis idea apud Quintilianum minus aperte exponitur; attamen si in § 87 legitur: 'alia copia locuples (= μεγαλοπρεπής), alia floribus laeta', ibi suavitatis notio videtur latere, quam Quintilianum apud auctorem suum legisse etiam ex VIII 3, 40 elucet, ubi om-

nes ideae, quae proprium efficiunt dicendi genus (μεγαλοπρεπές, δεινόν, ἡδύ) coniunctae leguntur.

VI. De Demetrio.

Theophrasteae περὶ ἰδεῶν doctrinae auctor longe praestantissimus praeter Quintiliani excerptum περὶ ἰδεῶν Demetrii est liber περὶ ἑρμηνείας.

Demetrius non περὶ χαρακτήρων λόγου Theophrasti disputat: omnino enim nec tria illa genera habet nec, quod gravissimum est, singulorum scriptorum φύσιν atque προαίρεσιν describit; agit autem περὶ ἰδεῶν: quarum primam habet τὸ μεγαλοπρεπές (§§ 38—113), deinde τὸ ἡδύ (§§ 128—185), quod haud apto nomine γλαφυρόν vocat Demetrius, tum eas virtutes, quae aut 'necessariae' aut trium dicendi generum 'communes' sunt (σαφήνεια, ἐνάργεια, πιθανότης §§ 190—222), postremum τὸ δεινόν (§§ 240—301). Neque ea re movebimur, quod Demetrius iis rebus 'χαρακτήρων' nomen dat: nam licet etiam Theophrasti ex sententia ἐπίθετοι illae ἀρεταί (h. e. τὸ μεγαλοπρεπές, τὸ ἡδύ, τὸ δεινόν) per se ipsae 'generum dicendi propriae' sint[1]), tamen, si re vera χαρακτῆρας voluisset exponere Demetrius ei scriptorum ipsorum genera diversa (Thucydidis, Isocratis, Lysiae, Demosthenis, Aristotelis) erant exponenda. Is autem id tantum nos docet, quomodo delectu et compositione efficiatur τὸ μεγαλοπρεπές, τὸ ἡδύ, τὸ σαφές, τὸ δεινόν.[2]) Itaque 'ideas' habet non 'genera dicendi'.

---

1) H. e. τὸ μεγαλοπρεπές et τὸ δεινόν pro ἤθους magnitudine conficiunt sublime genus, τὸ ἡδύ, qua est ethica humilitate, proprium est floridae illius μεσότητος varietatis. Quae fere sententia Demetrii §§ 36, 37 subest, quo solo loco re vera περὶ χαρακτήρων agitur.

2) Non docet, quo delectu quaque compositione usi sint χαρακήρων inventores aut perfectores, quae res in Dionysii de antiquis oratoribus libro II exposita est. Idem sane argumentum re vera subest in Ciceronis 'oratore', apud quem nomina quidem scriptorum omissa sunt (pro quibus dictum est: 'hu-

Sane etiam χαρακτήρων vestigia quaedam exhibet; manifesto enim Theophrasti χαρακτήρων doctrinam (h. e. eius caput I) cum idearum doctrina (c. IV) contaminare voluit, ratus videlicet ita se brevissime summam Theophrastei libri posse comprehendere, praesertim cum ideis etiam ἐκλογή (c. II) et σύνθεσις (c. III) subiectae essent. Tale χαρακτήρων vestigium est id, quod Theophrasti ex sententia 'communes' illas ideas ἰσχνότητι subicit: quae vox solum verum χαρακτήρων nomen est, quod servavit; nam neque ὕψος habet neque μεσότητα. Sed etiam exempla singulis ideis subiecta plerumque ex uno eodemque hausit scriptore (ex. gr. ex Demosthene exempla δεινότητος); qua in re certe Theophrasteae rationis vestigium cerni potest, licet non pariter atque Theophrastus re vera scriptorum genera dicendi exposuerit.

Praeter ideas Theophrasti alias res duas habet ex Theophrasto excerptas: disputationem de vitiis et ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα. Ex Theophrasti 'vitiis' Demetrius quattuor 'vitiosos' characteras confecit (ψυχρόν §§ 114—127, κακόζηλον §§ 187—189, ξηρόν §§ 236—239, ἄχαρι §§ 302—304), qua in re eum Theophrasti usum esse materia videbimus (cf. infra pg. 147, 3) licet perversum in modum ea usus sit. De vitiis enim (maxime περὶ ψυχροῦ et περὶ κακοζηλίας) post Aristotelem (Rhet. III c. 3) iam Theophrastus disputavit, quam ad rem etiam Quintiliani VIII 3, §§ 44—60 pertinent. Sed Theophrastus non 'vitiosos characteras' constituit (quae res per se ipsa absurda est)[1]) sed tantum 'vitia' opposita 'virtutibus'.

Praeterea Demetrius etiam ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα (§§ 223

---

milis' 'medius' 'copiosus' orator). Attamen adhuc manifestum est Ciceronis auctorem ἰσχνότητα Lysiae et Hyperidis (or. § 90) atque praeterea genus dicendi floridum Demetrii Phalerei (or. §§ 92, 94) descripsisse.

1) Nam χαρακτήρ est certi alicuius scriptoris scribendi voluntas ideoque dici non potest fuisse unquam ψυχρὸν aut κακόζηλον scriptorem h. e. qui vitia sola secutus sit, nunquam virtutes. Itaque etiam ea ex re patet in Demetrii fonte 'vitiis' oppositas fuisse 'virtutes' (= ideas) non 'genera dicendi'.

—235) habet: h. e. disputationem de dicendi genere epistulis apto. Qua in re pariter Theophrasti materia usus est, qui de dicendi generibus singulis litterarum *εἴδεσι* convenientibus (h. e. de philosophico [= dialogico], sophistico [= epideictico], poetico, historico, agonistico dicendi genere) disputavit (cf. Cic. or. §§ 62—68); atque ad *γραφικὴν λέξιν* praeter *διαλόγους*, *ἐπιδείξεις*, *ἱστορίαν* etiam *ἐπιστολή* pertinet, cuius elegantiae praecipuum exemplum fuit Aristoteles, quem etiam prima de arte epistolica praecepta tulisse scimus (cf. pg. 209 sqq.).

Demetrii liber plane respondet Aristotelis libro *περὶ λέξεως*, in quo de ideis agi iam constat. Sane in ultima libri parte, quae *περὶ ἰδεῶν* erat, Theophrasto diligentissime utendum erat Aristotelis libro, cum *χαρακτῆρας* ipse invenerit. Atque etiam speciales *περὶ ἐκλογῆς* et *περὶ συνθέσεως* disputationes maximam partem suo Marte ei conscribendae erant (quamquam illic Aristotelis capp. II, IV, hic capp. V, VIII, IX uti potuit). Itaque hic nobis plenissime utendum erit libro Aristotelico atque demonstrandum idearum doctrinam Aristotelis prorsus in Theophrasti librum permigrasse, quae res, cum maxime ex Demetrii libro eluceat, iam ea ex re patet Demetrium Theophrasti 'ideas' non eius '*χαρακτῆρας*' enarrare. Sed nostra quidem ex sententia dubitari non potest, quin Demetrii liber neque integer neque recto ordine rerum nobis servatus sit. Nam in unoquoque 'charactere' apertas doctrinae lacunas statui licet, quae una cum rerum ordine perverso aliisque vitiis prorsus singularibus[1]) satis clare ostendere videntur Demetrii librum ab epitomatore quodam esse retractatum. Quem ut Byzantinum hominem dicam, maxime ea commoveor re, quod nostris in codicibus liber Demetrio Phalereo tribuitur, cum ca. annum p. Chr. n. 500 Ammonius (in Aristot.

1) Ex. gr. § 59, ubi quattuor *σχημάτων* species perverse exhibentur, § 66 exemplum Herodoti inepte laudatum, § 57, ubi exempla Aristotelica discerpta sunt, § 99, ubi Dionysii nomen pro Stesichori positum est, § 105 male ex § 48 repetita, § 155 exemplum Xenophontis inepte laudatum etc.

περὶ ἑρμηνείας ed. Berol. IV pg. 96 B) hunc librum sub solo Demetrii nomine legerit.[1]) Puto enim sexto demum p. Chr. saeculo huic libro Phalerei nomen esse datum, quae res, cum Byzantinorum in scholis Demetrii opus lectitatum fuisse constet[2]), etiam epitomam ex Demetrio scholasticum in usum illa aetate confectam esse dixerim.

Qua re perspecta cautius de Demetrii aetate iudicabimus, quod singulis in rebus non satis constat, quae Demetrio ipsi, quae epitomatori debeantur: h. e.: quemadmodum iam Demetrius a genuina Theophrasti doctrina recesserit. Id tamen constare videtur iam Demetrium ipsum consulto Theophrasti ʽideasʼ appellasse *χαρακτῆρας*, quoniam toti huic rei certa aliqua doctrina (§ 36: ʽnon esse medium dicendi genusʼ) subest. Itaque, cum Caecilii et Dionysii aetate tria Theophrasti genera pura atque distincta vigere videamus, iam ea ex re concludemus post Atticismi aetatem Demetrium scripsisse. Sed quod ʽterminum ante quemʼ attinet, haudquaquam satis certum est Demetrium ante Hermogenem fuisse[3]): caveas enim ne post Hermogenem Theophrasteam doctrinam prorsus interiisse credas: nam etiam post eius tempora eoque non respecto excerpta ex Theophrasti libro confici potuerunt.

De Demetrii aetate satis multae peculiares disputationes editae sunt, quarum ex numero Liersii et Hammeri libelli[4]) procul dubio erroneas defenderunt sententias: ille Deme-

---

1) ʽ*οὐ γὰρ δὴ καὶ αὐτὸς* (Aristoteles) *καθάπερ ὁ Δημήτριος τὸ περὶ λογογραφικῆς ἰδέας βιβλίον συγγράψας καὶ οὕτως αὐτὸ ἐπιγράψας· »περὶ ἑρμηνείας« ἀξιοῖ καλεῖν ἑρμηνείαν τὴν λογογραφικὴν ἰδέαν*ʼ.

2) Librum Demetrii laudant Theophylactus epist. ad Romaeum (Meursii opp. vol. VIII pg. 987) et Tzetzes (Cramer, Anecdot. Oxon. III pg. 384).

3) quod sine ulla causa contendit Altschul, De Demetrii rhetoris aetate, Diss. Lips. 1889 pg. 42 (similiter Radermacher praef. pg. XIV).

4) H. Liers, De aetate et scriptore libri, qui fertur, Demetrii Phalerei *περὶ ἑρμηνείας* (Breslauer Diss. 1881). C. Hammer, Demetrius *περὶ ἑρμηνείας*, Landshut 1883.

trium Phalerea auctorem esse credidit[1]), hic librum ca. annum a. Chr. n. 100 conscriptum esse putavit. Post quos editae sunt dissertationes Altschulii et Beheimii-Schwarzbach[2]), de quorum sententiis specialiter disputare non possum; nam supervacaneum est dicere me utpote diversam viam ingressum in singulis rebus permultum ab iis distare. Concedendum iis est post Dionysium scripsisse Demetrium (quod vel primo obtutu manifestum est), cum 'terminum ante quem' satis certum non invenerint. Itaque iis contenti erimus, quae Diels (l. l. pg. 24 adn. 1) contendit: 'Das Buch gehört frühestens ins erste nachchristliche Jahrhundert'. Hoc enim solum certum est, ultra, mea quidem sententia, nihil potest evinci. Tamen multo post annum p. Chr. n. 100 conscriptus esse non videtur: id enim dicunt ex sermonis ratione et terminologia auctoris sequi, quibus de rebus adeas librum Caroli Dahl (Demetrius *περὶ ἑρμηνείας*. Ein Beitrag zur Bestimmung der Abfassungszeit der Schrift. Dissert. München 1894).[3])

Ex libri exemplis autem atque omnino ex indiciis historicis frustra certum de Demetrii aetate iudicium ferre studueris. Nam exempla fere omnia sunt eiusmodi, ut ea una cum reliqua doctrina Demetrium ex Theophrasti libro hausisse manifestum sit. Quae enim Radermacher indicia sibi invenisse visus est recentioris aetatis omnia vana sunt; nam neque (quod pg. XV contendit) § 158 ostendit Demetrium 'post Apionem' scripsisse[4]), neque in § 97 Strabonis latet

1) Tamen Liers bene ea congessit, quae demonstrant Demetrii libellum antiquioris doctrinae esse refertum atque a posteriorum libris quam maxime abhorrere. Quae scilicet non Phalerei auctoritatem, sed Theophrasti ostendunt ingenium.

2) Libellus *περὶ ἑρμηνείας*, qui Demetrii nomine inscriptus est, quo tempore compositus sit. Kieler Diss. 1890.

3) Quod autem terminologiam (Dahl pg. 70 sqq.) attinet Dahl non satis animo tenuit omnem hellenisticae aetatis terminologiam rhetoricam periisse ideoque de vera aetate plerorumque terminorum nihil satis certe constare.

4) Narratur enim fabella quaedam certo ex Peripatetico fonte hausta, quales male Radermacher dixit inde ab Apione demum narrari coeptas esse.

nomen (ut pg. XV contendit).[1]) Etiam reliqua non satis firma sunt: nam orationes fictas (cf. Radermacher pg. 112, 119, 120) iam Theophrasti et Demetrii Phalerei temporibus habitas esse constat[2]); *ἐκφράσεως* vestigium (pg. 91 Radermacher) in §§ 138 et 165 non satis certum esse mihi videtur; denique quod attinet ad § 171, ubi Radermacher (pg. 100) putavit Demetrium Chrysippi libro *περὶ παροιμιῶν* esse usum, etiam ea in re libentius editoris admirabimur doctrinam quam eius sententiae adstipulabimur. Nam facetas illas contumelias ('Seekalb, Hopfenstange') quae ibi occurrunt, non in Chrysippi libro tantum fuisse commemoratas unusquisque concedet.

Pariter etiam reliqua indicia (quorum nonnulla congessit Christ, griech. Lit.[3] pg. 591 Anm. 6) nulla sunt: nam neque Sotades (§ 189) recentioris aetatis indicium est[3]) neque (cf. infra pg. 211) Artemo (§ 223) neque '*ὁ Γαδηρεύς*' (§ 237), quem Demetrii Phalerei nomen putamus occultare. Pariter affirmari non potest Theophrasti aetate *νέαν κωμῳδίαν* (§ 208) ab antiqua nondum fuisse distinctam.[4])

Itaque, si singulas res percensemus, re vera recentiorem aetatem nihil indicat nisi (§ 108) comparatio epiphonematis cum Romanorum lato clavo.[5]) Sed Demetrium post Atticismi aetatem scripsisse iam ob excerpti formam constat: nam a tribus Theophrasti dicendi generibus consulto recessit. Atque omnino recentioris aetatis signa singulis in rebus apud Demetrium ideo minus manifesta sunt, quod Demetrius etiam in doctrinae minutiis Theophrastum secutus esse videtur.

Quae res etiam ex exemplis cerni potest quae optime

1) cf. A. Kappelmacher, Progr. Nikolsburg 1903/4 pg. 1sq.

2) Eiusmodi sunt exempla § 115 — quod Dorioni sine causa tribuit Radermacher (p. 91) — et § 187, ubi Alexander laudatur, quod vel Theophrasti aetate factum esse potest.

3) Qua de re recte iudicavit Beheim-Schwarzbach l. l. pg. 6 adnot. 6.

4) Quod iam Aristoteles (ethic. Nicom. IV 14) fecit.

5) Quam rem iam primo p. Chr. saeculo apud rhetoras usitatam fuisse videmus (Quint. VIII 5, 28).

cum Theophrasti doctrina concinunt: *μεγαλοπρεπεῖς* sunt Thucydides et Herodotus historici illi, qui praecipue Theophrasto in deliciis fuerunt, *δεινοί* sunt oratores forenses, Demosthenes, Demades, Aeschines. Quem praeterea *ὕψους* posuit exemplum Theophrastus, Gorgiam dico, apud Demetrium praecipue in disputatione *περὶ ψυχροῦ* laudatur, quod sane mirum non est; nam etiam Theophrastus (fr. II S.) nimium eius ornatum reprehendit. Aristoteli, medii generis exemplo, idea suavitatis adscribitur. Lysias etiam apud Demetrium humilis est atque ex ceteris virtutibus nihil habet quam *χάριν*. Itaque omnia bene se habent: tamen et Demetrium Phalerea haud suo loco poni et Isocratem desiderari dixeris. Priorem rem quod attinet, commemorandum est Demetrium illam *μεσότητα*, cuius primarium exemplum Phalereus fuit, omnino non praebere: nihil enim servavit quam *τὸ ἡδύ*. Itaque evenit, ut non laudem, quam Theophrastum discipulo suo tribuisse constat, servaverit sed minutis in rebus reprehensiones (§§ 236 sqq.). Isocratem quod attinet, nec Demetrius sane nec Theophrastus *χάριτος* exemplum eum ponere potuerunt, quia is *ἡδονήν* magis compositione et figuris quam 'gratiis' illis, *ἡδονῆς* propriis, effecit. Itaque apud Demetrium — atque similiter etiam apud Theophrastum factum esse puto — in sola doctrina periodi (§§ 1—35) laudatur[1]), cuius *τελειωτήν* Theophrastum eum posuisse vidimus. Ibi enim una cum Gorgiae et Alcidamantis (§§ 12. 15) arte eius *ἀντίθετα* et *παρόμοια* commemorantur (§§ 22, 23, 25, 29), quod etiam Aristotelem (cap. IX) fecisse videmus.

VII. De epitoma Laurentiana.

Artis rhetoricae epitome sub Longini nomine servatur in codice Laurentiano Mediceo XXIV plut. 58; fol. 94.[2]) Pri-

---

1) Ceteri loci (ex. gr. § 68) ad Isocratis doctrinam non ad eius artem pertinent.

2) de codice ('Hermogenis rhetorice seu potius Hermogenis, Aristidis, Sopatri, Syriani, Longini et aliorum excerpta de rebus

mus eam descripsit in usum Davidii Ruhnkenii[1]) Angelus Maria Bandini, illo tempore bibliothecae Laurentianae praefectus. Primum typis expressa est in Eggeri editione Longini (Paris 1837). Apographo Bandiniano usus est Bake (Apsinis et Longini Rhetorica. Oxford 1849 pg. 169—172) quem secutusest Leon. Spengel (in Rhet. Graec. vol. I [1853] p. 325 sqq.); nunc apud Hammerum (1894) legitur pg. 213—216.

Ante omnia monendum est nos titulo epitomae in codice praefixo (*'ἐκ τῶν Λογγίνου'*) haudquaquam moveri; nam 'manu diversa et paullo recentiore'[2]) scriptus est. Sed aliud accedere videtur testimonium: nam in epitoma ipsa (pg. 213, 6 Sp.-H.) haec legimus: *'διὸ λέγουσι Λογγῖνος σπανίως κεχρῆσθαι καὶ τούτῳ τῷ εἴδει'*. Quod testimonium prorsus nullum est, aut potius cum priore illo pariter futili unum efficit. Nam unusquisque videbit verba supra laudata omnino sensum non praebere. Quorum genuinum significatum si perspicere volumus epitomae initium oportet adire ubi haec scripta sunt:

§ 1: *'ὅτι χρὴ πεφεισμένως χρῆσθαι ταῖς τροπαῖς καὶ μετὰ τέχνης . . . καὶ γὰρ Λυσίας οὕτω πεποίηκεν'*.

§ 2: *'ὅτι ὁ Ἀριστοτέλης τοὺς πάντα μεταφέροντας αἰνίγματα γράφειν ἔλεγεν. διὸ λέγουσι Λογγῖνος σπανίως κεχρῆσθαι καὶ τούτῳ τῷ εἴδει'*.

In § 1 agitur de parco troporum usu in universum atque Lysias dicitur iis pepercisse exornationibus. In § 2 additur praecipue *μεταφοράς* (quae sunt troporum *εἶδος*) caute esse adhibendas. Cum igitur traditum sit *'διὸ λέγουσι Λογγῖνος σπανίως κεχρῆσθαι καὶ τούτῳ τῷ εἴδει'* neque ita sententia omnino procedat, iamiam elucet eum, qui dicatur raro esse usum specie illa troporum (*'καὶ τούτῳ τῷ εἴδει'*) eundem esse, qui § 1 dicatur, tropos in universum caute adhi-

---

rhetoricis, Aesopi proverbia et Anonymi quaedam') cf. Bandini, Catalogus codicum mscrpt. bibliothecae Medicae Laurentianae. Florentiae 1764—1788.

1) De vita et scriptis Longini Leyden 1765.

2) Ita Spengelius Bandinium secutus.

buisse. Itaque enuntiati illius subiectum est 'Lysias' atque verba *λέγουσι Λογγῖνος*, quae sententiam foede interrumpunt e textu eximenda sunt: manifestum est ea fuisse glossema ad marginem adscriptum atque ea de causa in textum irrupisse, quia sententia parum perspicua evaderat, epitomator cum scripsisset in § 1 '*καὶ γὰρ Λυσίας οὕτω πεποίηκεν*' atque in § 2 altero enuntiato interposito addidisset '*διὸ σπανίως κεχρῆσθαι καὶ τούτῳ τῷ εἴδει*' (sc. *Λυσίαν λέγει ὁ δεῖνα*): ubi re vera primo obtutu non satis liquebat, de quo omnino homine sermo esset.

Itaque illud '*λέγουσι Λογγῖνος*', quod in margine adscriptum fuisse dico, nihil aliud est quam scribae cuiusdam coniectura de totius epitomae fonte. Prorsus igitur idem valet glossema illud atque titulus totius epitome recentiore manu praefixus: h. e. prorsus nullum est, nisi forte rationes in re ipsa positae nos inducunt, ut ad scribae illius coniecturam accedamus.

Quibus expositis credo iam non amplius desiderari refutationem coniecturarum Ruhnkenii atque Spengelii, quorum ille *λέγει Λογγῖνος* proposuit (quod ne grammaticae quidem artis rationibus sufficit) hic emendare voluit *λέγουσι Λογγῖνον*. Qua coniectura, licet satis infelici[1]) tamen inductus est, ut iam verum suspicaretur: 'Ex egregia arte haec sumpta esse apparet at non Longini sed alius auctoris'. Quem alium auctorem dico esse Caecilium Calactitam.

Nam vel percurrentibus hanc epitomam manifestum fit nos in floridissimam Atticismi aetatem compelli (cuius post annum p. Chr. n. 50 ne vestigia quidem supervixisse Wilamowitz [Hermes XXXV pg. 1 sqq.] docuit). Legas ex. gr. locum pg. 215, 16 Sp.-H.: '*ὅτι ἄριστοι λόγοι καὶ μιμήσεως ἄξιοι οἱ μὴ ἔχοντες ἑνὸς χαρακτῆρα ἀλλὰ διαφόρων*' aut pg. 215, 9: *ὅτι τὴν πλεονάσασαν περὶ τὴν Ἀσίαν ἔκλυσιν ἀνεκτήσατο Αἰσχίνης.*[2]) Conferas praeterea, quae de ce-

1) Credendumne enim est apud rhetorem ullum post Lysiae genus dicendi Longini *χαρακτῆρα* esse expositum?

2) codex: '*Ἀριστείδης*'. Locum emendavi nixus locis Quint. XII 10, 9 et Philostrati vit. soph. I pg. 5 K, ubi quasi Asianismi

teris Caeciliani canonis X oratoribus Atticis dicantur; dico Lysiam (pg. 213, 4 sqq.), Demosthenem (pg. 215, 29; pg. 214, 14), Aeschinem (pg. 214, 4): '*ὅτι Δημοσθένης δεινότατος ὢν ἐν ταῖς ἀντιθέσεσιν οὐκ ἀεὶ τῇ τέχνῃ ἐμμένει, ἀλλ' αὐτὸς γίνεται τέχνη πολλάκις. ὡσαύτως καὶ Αἰσχίνης*'.[1])

Sed haec omnia in universum tantum Atticismi aetatem, non specialiter Caecilii ostendunt nomen. Quod ut toti epitomae praefigamus, his inducimur locis:

§§ 1—3, ubi de troporum parco usu agitur, manifesto Caecilii sunt; nam apud anonymum *περὶ ὕψους* c. 32, 1 legimus: '*περὶ δὲ πλήθους καὶ τόλμης μεταφορῶν ὁ μὲν Καικίλιος* (fr. 95 O.) *ἔοικε συγκατατίθεσθαι δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς ἐπὶ ταὐτοῦ νομοθετοῦσι τάττεσθαι· ὁ γὰρ Δημοσθένης ὅρος καὶ τῶν τοιούτων*'. Quem locum si cum epitoma nostra conferas, videbis inter illos '*νομοθετοῦντας δύο ἢ τρεῖς ἐπὶ ταὐτοῦ τάττεσθαι*' esse Aristotelem, cuius locus art. poet. c. 22 pg. 1458 A 23 commemoratur.[2]) In epitoma parci troporum usus exemplum affertur Lysias, quem praecipue in deliciis Caecilius habuit (*π. ὕψ.* c. 32, 8).

Aperte ex Caecilio fluxit etiam § 9 (cf. Caecil. fr. 91 O.): '*ὅτι ὁ πρῶτος ἄριστα πρὸς τὴν πεζὴν λέξιν τὸν Ὁμηρικὸν ὄγκον μετενεγκὼν Πλάτων ἐστίν*'; nam *περὶ ὕψους* c. 13, 3 legimus: '*μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον ὅ τε Ἀρχίλοχος, πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ κείνου νάματος εἰς αὐτὸν μυρίας*

---

illius *εὑρετής* Aeschines dicitur. — Locum scrupulos inicere debuisse Wilamowitzio manifestum est: aperte enim pugnare videbatur cum iis, quae de Atticismi aetate contra Nordenium statuerat. Quid autem, si vel Longini aetate Atticismi fieret mentio? Sed Longini nomine hac epitoma liberata vel firmius constat doctissimi viri sententia.

1) Hic rursus pro Aeschinis nomine codex '*Ἀριστείδης*'. Quod nomen hic non minus absurdum est atque illic (215, 10). Nam cum Demosthene Atticus tantum orator, non alterius p. Chr. saeculi sophista comparari potuit. Commemorari autem potest Caecilium scripsisse *σύγκρισιν Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου*. Utraque emendatio, cum ab altera non pendat, ea vel magis confirmatur.

2) cf. epitoma § 2: '*ὅτι ὁ Ἀριστοτέλης τοὺς πάντα μεταφέροντας αἰνίγματα γράφειν ἔλεγεν*'; Caecilii fr. 46 O.

ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος' quo loco sine dubio is, qui de sublimitate scripsit, Caecilii usus est doctrina; quod si negaretur, credendum esset et hic et supra in § 1 epitomatorem nostrum eum, quem nunc legimus, libellum περὶ ὕψους expilavisse, quam sententiam libenter forsitan complectatur is, qui re vera praeclarum illum librum Longini esse putat.[1]) Tertius locus, qui rem absolvere mihi videtur, est epitom. § 23, ubi particula quaedam servatur ex Caecilii περὶ σχημάτων doctrina (cf. P. Maas ALL XII 493). Agitur enim de alloeosi illa, de qua praeter auctorem π. ὕψ. 23, 1 et 2 cf. Tiberium III pg. 80, 18 Sp.: 'καὶ τὸ τῆς ἀλλοιώσεως σχῆμα εἰσάγει ὁ Καικίλιος (fr. 75 O.) καί φησιν αὐτὴν γίνεσθαι κατ' ὄνομα, καὶ πτώσεις, καὶ ἀριθμοὺς καὶ πρόσωπα καὶ χρόνους'. Ἀλλοίωσις autem 'per numeros'[2]) etiam in epitoma nostra agnoscenda est, sine dubio ex Caecilio ipso desumpta. Nam cum Tiberio, egregio Caecilianae doctrinae fonte (pg. 80, 24), consentit epitomae exemplum (Thucid. I 6) 'ἅπασα ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρουν'.[3]) Reliqua duo epitomatoris nostri exempla (Dem. Ol. III 31 et Hom. Il. XV 305) habet Herodianus (pg. 87) item Caecilii expilator, cuius verba (pg. 87, 16): 'μὴ πρὸς τὸν χαρακτῆρα πρὸς δὲ τὴν δύναμιν ἁρμοζόμενος' conferas cum epitomae nostrae verbis: 'πρὸς τὸ σημαινόμενον τὴν ἀναφορὰν ἔχουσα, ἀλλ' οὐ πρὸς τοὺς χαρακτῆρας τῶν ὀνομάτων'.[4])

---

1) An credere mavis inter coniecturam scribae Parisini 2036 (Διονυσίου ἢ Λογγίνου περὶ ὕψους) et huius Medicei glossam 'λέγουσι Λογγῖνος' rationem ullam interesse?

2) Quam nunc vulgo vocamus constructionem κατὰ σύνεσιν, quaeque in epitoma nostra vocatur 'πραγματικὴ σύνταξις'.

3) Ubi apud Tiberium male legitur 'ἐσιδηροφόρει', quam ob rem a glossatore quodam additur 'ἀντὶ τῶν Ἑλλήνων', quasi id omnino figura esset 'grammatica'. Nam 'Ἑλλὰς' pro 'Ἕλληνες' est τρόπος (metonymia) non 'σχῆμα'. — Ceterum eadem menda irrepsit in omnes Thucydidis libros; idem vitium etiam apud duos alios Caecilii epitomatores (Ps.-Alexander Num. vol. III 23, 20 Sp. et Zonaras III 168, 6) invenitur. Ceterum cf. Ofenloch, Caecilii fragm. pg. 57 adn.

4) Exemplum Homericum (Il. XV 305) extat etiam apud Anonymum de figuris Rh. Gr. vol. III pg. 153, 24 Sp.

Si autem ulla dubitatio maneat, ea omnino de medio tolletur consensu huius epitomae cum fragmento Caeciliano, quod extat apud Photium cod. 259 pg. 485 B 15 Bekker: Photii verba haec sunt: (de Antiphontis eloquentia loquitur) 'ὁ μέντοι Σικελιώτης Κεκίλιος (fr. 103 O.) μὴ κεχρῆσθαί φησι τὸν ῥήτορα τοῖς τῆς διανοίας σχήμασιν ἀλλὰ κατευθὺ αὐτῷ καὶ ἀπλάστως (cod. ἀπλάστους) τὰς νοήσεις ἐκφέρεσθαι. τροπὴν δὲ τοῦ πανούργου καὶ ἐξάλλαξιν οὔτε ζητῆσαι τὸν ἄνδρα οὔτε χρήσασθαι' ... 'οἱ γὰρ πάλαι ῥήτορες ἱκανὸν αὐτοῖς ἐνόμιζον εὑρεῖν τε τὰ ἐνθυμήματα καὶ τῇ φράσει περιττῶς ἀπαγγεῖλαι. ἐσπούδαζον γὰρ τὸ ὅλον περὶ τὴν λέξιν καὶ τὸν ταύτης κόσμον πρῶτον μὲν ὅπως εἴη σημαντική τε καὶ εὐπρεπὴς ⟨τοῖς ὀνόμασιν add. Blass⟩, εἶτα δὲ καὶ ἐναρμόνιος ἡ τούτων σύνθεσις' ...

Paulo breviora haec refert epitomae nostrae § 3 (Caecilii fr. 103a O.): 'ὅτι τροπὴ ἐκ τοῦ πανούργου καὶ ἐξάλλαξις οὐδεμία ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ νοῦ σχήματα ὀψέ ποτε εἰς τοὺς δικανικοὺς λόγους παρεισῆλθεν· ἡ γὰρ πλείων αὐτοῖς σπουδὴ περὶ τὴν λέξιν καὶ τὸν ταύτης κόσμον ἦν καὶ τὴν συνθήκην καὶ ἁρμονίαν'.

Addam alios locos, qui, si minus Caecilium ipsum, tamen egregiae doctrinae virum, qualem post primum a. Chr. saeculum vix extitisse credas, ostendunt: § 7 habes Aristotelis (vel Theophrasti) doctrinam de numeris: 'ὅτι χρὴ ἐν ταῖς συνθήκαις τῶν κώλων εὐπρεπῆ εἶναι τὴν λέξιν καὶ τὴν συνθήκην οὐκ ἀνάρμοστον, ὡς ἂν παίωνας εἶναι καὶ ἡρῴους ἐξ ὧν εὔογκος ἡ ἑρμηνεία γίνεται καὶ σεμνή'. § 8 ('ὁ δι' εἰκασίας τρόπος') pertinet ad §§ 1—3 (de troporum usu), quae omnia Peripateticorum sapiunt doctrinam. Maximi autem momenti sunt §§ 11, 17, 20, 24 (quarum gratia de tota epitoma accuratius quaesivimus). Ibi enim tria 'εἴδη κατασκευῆς' enumerantur: αὔξησις (§ 11); γνωμολογίαι (= sententiosae exornationes) § 17; ἔμφασις (§§ 20, 24), ex quibus αὔξησις expresse Theophrasto adscribitur.

Praeterea epitom. § 25 exhibet initium τέχνης illius, quae dicitur Isocratis (cf. Syrianum in Hermog. vol. I pg. 19, 23 Rabe et Hermogenis ipsius locum [περὶ ἰδεῶν

II 9] vol. II pg. 396, 8 Sp.). Porro etiam §§ 10 et 19 eidem assignabimus loco; ibi enim disputatur, quid φύσις valeat, quid τέχνη. Quod argumentum, sine dubio ab Isocrate tractatum (cf. locos, quos contulit Sheehan, de fide artis rhetoricae Isocrati tributae pg. 19) in ea, quam Caecilius totaque aetas posterior legebat, 'τέχνῃ' omissum fuisse vix credas.[1])

Tractatis igitur epitomae nostrae §§ 1—3, 5, 7—12, 14[2]), 15, 17, 19, 20, 23—25 videmus una ex parte quattuor locis Caecilium ipsum nobis ut auctorem indicari eumque esse usum Aristotelis, Theophrasti, Isocratis libris; altera ex parte manifestum est hic re vera τέχνης extare excerpta hoc est libelli, qui eam certe partem, quae est περὶ λέξεως, totam comprehenderit. Nam praemissis secundum Isocratem generalibus praeceptis de officio rhetoricae (§ 25), deque φύσεως et τέχνης ratione (§ 10) — qua in particula etiam expositum est, quid illae res valerent in singulis rhetoricae partibus: οἰκονομία ex gr. magis τέχνης est quam φύσεως (§ 19) — progreditur auctor ad singulos χαρακτῆρας λόγου (§ 15) atque praestantissima eorum exempla imitatione digna (Lysiam, Demosthenem, Aeschinem, Platonem §§ 1, 5, 9, 12[3]), quam ad rem optime quadrat Theophrastea (fr. V S) divisio illa λεκτικοῦ τόπου, quae in

1) Quas ad res iam Isocrati notas Caecilium μίμησιν (§ 15) addidisse constat (vgl. Usener, Dionysii Halicarnassensis librorum de imitatione reliquiae. Bonn 1889 pg. 1). Hermagoran, ut videtur, secutum

2) § 14 Caecilio tribuit Ofenloch pg. 98 (fr. 109 a).

3) Quorum ad nomina Caecilius ipse sine dubio etiam Isocratem addidit atque Thucydidem (epitom. § 16). Qui cum prioribus coniuncti unam efficiunt seriem, exempla dico χαρακτήρων λόγου absolutissima: Lysias est humilis, Isocrates floridus; Plato philosophicam μεσότητα tenet; Thucydides est μεγαλοπρεπής; Demosthenes et Aeschines ostendunt forensium oratorum δεινότητα. Quae plena series occurrit in anonymi excerptis ex Longini arte vol. I pg. 211, 24 sqq. Sp.-H., ubi autem ea re peccatur, quod 'Aeschinem' (pg. 211, 27) philosophum Socraticum epitomator esse putat non oratorem.

Manifesto ut alia permulta eam seriem Caecilio debet Longinus.

epitome § 3 occurrit; nam ἐκλογή, σύνθεσις, σχήματα sunt res, quae λόγου χαρακτῆρα constituunt. Ad ἐκλογήν autem pertinent §§ 1, 2, 3, 8 ubi τροπικὴ φράσις argumento est; ad σύνθεσιν referendae sunt §§ 7 et 23 (σχήματα); denique §§ 11, 17, 20, 24 habemus Theophrasti εἴδη κατασκευῆς (αὔξησις, γνωμολογίαι [ʽἄρισται ἐπὶ τῇ κατασκευῇʼ], ἔμφασις).

Restat, ut de reliquis septem epitomae paragraphis (§§ 4, 6, 13, 16, 18, 21, 22) breviter disputemus. Hae enim paragraphi apertissime ostendunt recentioris aetatis doctrinam et sine dubio a Caecilii arte alienae sunt, neque omnino — quod gravissimum est — τέχνην respiciunt περὶ λέξεως. Quarum duas §§ (13 et 16) certissime tribuere possumus Apsini rhetori, ex cuius arte excerptae sunt.[1]) Etiam reliqua ab Apsine aliena non sunt.[2]) Itaque dicemus duabus ex partibus diversissimis hanc epitomam, Longini sub nomine servatam, constare: ex epitoma ex Caecilii arte confecta, quae solam λέξιν spectat, atque praeterea ex adnotationum farragine quadam, ad λέξιν non pertinente, quam potissimum Apsinis lectorem confecisse credas.

VIII. De Anonymi Segueriani ex arte Theodectea excerptis.

Aristotelis artem Theodecteam praecipue Anonymum Seguerianum (Rh. Gr. vol. I pg. 352 sqq. Sp.-H.) nobis ser-

---

1) § 13 recurrit apud Apsinem vol. I pg. 296 sq. Sp.-H. ʽκατὰ τοῦτο δὲ θεωρεῖται ἡ καλουμένη ἀνακεφαλαίωσις . . . τῆς δὲ ἰδέας τοῦ λόγου τῆς πραγματικῆς καλουμένηςʼ quae plane consentiunt cum epitomae verbis: ʽὅτι αἱ ἀνακεφαλαιώσεις τοῦ πραγματικοῦ τύπου (l.: τόπου?) εἰσίνʼ. — § 16 exhibet quattuor κεφάλαια τῆς δημηγορίας, quae apud Apsinem plane eodem ordine tractantur pg. 294, 15—296, 12.

2) cf. § 14 et Apsinis locum pg. 259, 16; ἀντίθεσις (§ 4) fusius ab Apsine tractatur pg. 260, 18 sqq. Epitomae §§ 6 et 18 Demosthenis Midianam respiciunt ab Apsine saepius tractatam (§ 6: ʽπαραγράφεσθαιʼ respicit Midiae παραγραφήν cf. Apsinis pg. 221, 20). Denique § 21 quasi glossa est initii ipsius Apsinis (ʽπόθεν λαμβάνεται προοίμιονʼ pg. 217, 5).

vasse contendo, aut, accuratius ut rem circumscribam, eam artis Theodecteae partem, quae fuit περὶ τάξεως i. e. de partibus orationis (prooemium, narratio, probatio, conclusio).[1] Aristotelem enim non solum in libello περὶ τάξεως, qui nunc libro περὶ λέξεως adnexus est (Rhet. III capp. XIII—XIX), hanc materiam tractasse scimus, sed etiam adhuc iuvenem idem argumentum in arte Theodectea exposuisse (cf. praecipue Rh. Gr. III 611 = VI 19 = VII 33 = fr. 2 Rose). Sane ratio inter Aristotelis opus iuvenile et maturae aetatis librum intercedens hic eadem fuit atque in parte περὶ λέξεως: ars Theodectea praecepta maxime scholastica atque vulgata tradidit, Isocrateo fere more. Libri περὶ λέξεως et περὶ τάξεως verum, qui nunc III artis rhetoricae librum efficiunt, eadem praecepta philosophicum in modum in disceptationem vocant.[2])

Ratio autem cur hic, cum Theophrasti περὶ λέξεως libri fontes invenire studeamus, non artis Theodecteae partem περὶ λέξεως[3]) sed partem περὶ τάξεως in auxilium adhibea-

---

1) Artem Theodecteam praeter τάξιν etiam λέξιν tractasse certum est; nam Aristoteles ipse in libro περὶ λέξεως nobis servato artem Theodecteam laudat cap. IX pg. 1410 B 1: 'αἱ δ' ἀρεταὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεικτείοις ἐξηρίθμηται'. Ad partem περὶ λέξεως pertinent artis Theodecteae fragmenta 5, 6, 7 Rose. Et partem περὶ λέξεως et partem περὶ τάξεως respiciens Valerius Maximus VIII 14, 3 ext. de Theodectis 'libris' loquitur, cum in Diogenis Laertii et Hesychii indicibus legatur: 'τέχνη τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ᾱ'.

2) Doctrinam artis Theodecteae et libri περὶ τάξεως Aristotelis compluribus in rebus similes inter se fuisse, patet ex artis Theodecteae fragm. 4 Rose (= Anonym. Segu. § 208) et Ar. Rhet. III c. 19 pg. 1419 B 10 comparatione.

3) Theophrasti librum περὶ λέξεως cum iis, quae Aristoteles in arte Theodectea de elocutione docuit, comparare non possumus; nam Graeci Latinique rhetores omnes ex solo Theophrasto hauserunt praecepta περὶ λέξεως, Aristotelis librum utrumque neglegentes. Itaque contentos esse nos oportet dicere Theophrasti περὶ λέξεως doctrinam aliqua ex parte etiam ex iuvenili Aristotelis opere esse haustam; ita enim accipiendi sunt loci Ciceroniani 'oratoris' §§ 173, 194, 218 = fragm. 5, 6, 7 Rose, ubi una eademque doctrina adscribitur Aristoteli, Theo-

mus, haec est: ars Theodectea in sectione περὶ τάξεως partes orationis pertractans inter narrationis virtutes enumeravit has: σαφήνειαν, συντομίαν, πιθανότητα (Quint. IV 2, 63 = fr. 3 Rose). Itaque ut apertius loquar, ἰδέαι illae λόγου Aristotelis et Theophrasti iam in arte Theodectea tractatae erant: Cum autem, quid de iis in artis Theodecteae parte περὶ λέξεως dictum fuerit, plane ignoremus, id nobis agendum est, ut manifestum fiat, quid Aristoteles de ea re in altera parte iuvenilis sui libelli, quae fuit περὶ τάξεως, docuerit.[1])

Quibus rebus praemonitis iam exponendum est, cur Anonymum Seguerianum ex Theodectea arte pendere putemus.

Primum omnino dubium non est, quin omnia illa περὶ τάξεως praecepta, quae in Aristot. Rhet. III capp. 13—19 philosophico more in disceptationem vocantur, ab Aristotele ipso iam dudum in arte Theodectea scholastico more exposita fuerint. Itaque id statim constat: artem Theodecteam praecepta exhibuisse de prooemio, narratione, probatione, epilogo, quae in Aristotelis περὶ τάξεως libro tractantur capitibus 14, 16, 17, 19. Cum autem id ipsum argumentum sit Anonymi Segueriani, maximi momenti est apud eum § 208 (= fr. 4 Rose) artem Theodecteam laudari (''Ἀριστοτέλης δὲ ἐν ταῖς Θεοδεκτικαῖς τέχναις φησίν . . .'). Et re vera, si accuratius res examinatur, demonstrari potest omnia illa praecepta vulgatissima, quae ad μέρη τοῦ λόγου pertinent, qualia extant apud auctorem ad Herennium, Ciceronem (in primo de inventione, altero de oratore, part.

---

decti, Theophrasto, qui loci soli Theophrasto debentur utrumque Aristotelis librum laudanti.

1) Praeterea satis certum est Theophrastum ipsum in περὶ λέξεως libro idearum tractationem, quam in artis Theodecteae parte περὶ τάξεως inveniebat, respexisse; cf. Dionys. Hal. de Demosth. 34 (vol. I pg. 205, 13 U.-R.): 'καὶ τῆς σαφηνείας καὶ τῆς συντομίας καὶ τοῦ πιθανοῦ χωρίον ἀποφαίνουσι οἱ τεχνογράφοι τὴν διήγησιν οὐχ ὡς οὐκ ἀλλαχοῦ . . . δέον ἐξετάζεσθαι τὰς ἀρετὰς ταύτας . . . ἀλλ' ὡς ἐν τῇ διηγήσει δέον μάλιστα'. Qua re id defenditur, quod singulis dicendi generibus certae ideae tribuuntur.

or. §§ 27—60) Dionysium[1]) (de Lys. capp. 17—19) Quintilianum (in libro quarto) Anonymum Seguerianum ex uno eodemque fonte: h. e. ex Aristotelis arte Theodectea fluxisse, quam doctrinam inter Isocratis Anaximenisque praecepta atque Aristotelis Rhet. III capp. 13—19 medium locum obtinere demonstrari potest. Sed haec omnia cum hic exponere longum sit, ea re contenti erimus, quae unice ad finem huius dissertationis pertinet, h. e.: demonstrare Anonymi Segueriani §§ 63—100 ex arte Theodectea fluxisse. Nam ea sola Anonymi particula certo modo praecepta ad *λέξιν* pertinentia exhibet: dico ideas *σαφηνείας*, *συντομίας*, *πιθανότητος*.

Patet enim Anonymi Segueriani §§ 63—103 et Quintiliani IV 2, 31—63 ex uno fonte fluxisse, Caecilium dico Calactitam, qui rursus artem Theodecteam exscripsit. Quam rem ita se habere nunc brevissime ostendam.

Quintilianus et Anonymus Seguerianus has duas res exhibent:

a) Doctrinam cuiusdam auctoris ignoti de narratione apud utrumque prorsus identicam.

b) Tradunt et Aristotelis (Rhet. III c. 16 pg. 1416 B 30) et Theodori de ea doctrina sententias.

Ea tantum re diversi sunt, quod Quintilianus alteram rem

---

1) Altera pars iudicii de Lysia (capp. 15 sqq.: *πραγματικὸς τόπος*) ex eodem fonte Peripatetico fluxit, qui Dionysio excerptum ex Theophrasti *περὶ λέξεως* libro confectum praebuit. Est enim specimen aliquod librorum illorum scholasticorum *περὶ τάξεως*, quos ex arte Theodectea fluxisse patet.

Quodsi Dionysius hic se Isocratis eiusque discipulorum doctrinam exhibere praedicat (Lys. c. 16 vol. I pg. 27, 12: '*διαιρήσομαι δὲ αὐτὰς* [partes orationis] *ὡς Ἰσοκράτει τὲ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα κοσμουμένοις ἤρεσεν*') id ita accipiendum est, ut recordemur Theodectem (vulgo auctorem artis Theodecteae creditum) a Dionysio ipso Isocratis discipulum vocari (Dionys. de Isaeo cap. 19 vol. I pg. 122, 14; ep. ad. Amm. Demosthenica cap. 2 pg. 259, 6) atque sine dubio etiam in Aristotelis opere iuvenili maxime Isocratis cerni poterat ingenium (cf. Rose, pg. 136).

(b) prius exhibet (§ 32), anonymus contra in fine disputationis (§§ 102, 103).

Ignotus autem auctor ille alius esse non potest quam 'Theodectes' ille: h. e. Aristotelis ars Theodectea; eum enim Quintilianus ipse satis manifestum in modum ut auctorem indicat initio totius disputationis (§ 31): 'Eam (narrationem) plerique scriptores maximeque qui sunt ab Isocrate (h. e. 'Theodectes Isocrateus') volunt esse lucidam, brevem, verisimilem'.

Ita rem se habere, ex ea re elucet, quod in doctrinae identicae expositione sententia aliqua, quae apud Anonymum Seguer. §§ 99 sqq. sine auctoris nomine legitur, a Quintiliano (IV 2, 63) Theodecti nominatim tribuitur, ut certum sit communem illum Quintiliani et Anonymi auctorem fuisse 'Theodectem'. Res manifestior fiet Quintiliani et Anonymi disputationibus iuxta positis:

Quint. IV 2	Anonym. Seguer. (vol. I pg. 356, 6 sqq. Sp.-H.)
§ 31: Eam (narrationem) plerique scriptores maximeque, qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, brevem, verisimilem.	§ 63: *ἐπειδὴ δὲ τῆς διηγήσεως τὰς ἀρετάς φαμεν τήν τε συντομίαν καὶ τὴν σαφήνειαν καὶ τὴν πιθανότητα, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν περὶ ἑκάστης.*
§ 32: Eadem nobis placet divisio, quamquam et Aristoteles[1]) ab Isocrate parte in una dissenserit, praeceptum brevitatis irridens, tamquam necesse sit longam esse aut brevem expositionem nec liceat ire per medium[2]), Theo-	§ 102: *περὶ μέντοι συντομίας Ἀριστοτέλης ἐφίστησιν· εἰ γάρ ἐστι, φησί, ἡ συντομία συμμετρία τῆς μήτε παραλειπούσης τι τῶν ἀναγκαίων μήτε πλεοναζούσης* (*διηγήσεως*), *ἀρετὴ γενήσεται.* § 103: *ὁ δὲ Γαδαρεὺς Θεό-*

1) Aristot. (pg. 1416 B 30): *νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν'.*

2) Aristot. l. l.: '*δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι . . . οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ τὸ συντόμως ἀλλὰ τὸ μετρίως'.*

dorei quoque solam relinquant ultimam partem (sc. πιθανότητα), quia nec breviter utique nec dilucide semper sit utile exponere.	δωρος τὴν πιθανότητα μόνην ἀρετὴν νομίζει τῆς διηγήσεως.
§ 35: Sunt quidem hae, quas supra rettuli, virtutes aliarum quoque partium .... maxime tamen haec in ea parte custodienda sunt.	τὰς δὲ προειρημένας ἀρετὰς ἰδίας μὲν μὴ εἶναι μόνης τῆς διηγήσεως κοινὰς δὲ ἅπαντος τοῦ λόγου.

Post quam sententiam (supra [pg. XXXVIII] a nobis sigla b signatam) iam 'Theodectis' ipsius doctrina (h. e. specialis trium illarum idearum tractatio) exhibetur hoc ordine[1]):

Quint.:	Anonym. Seguer.:
σαφήνεια §§ 36—39	συντομία §§ 64—78
συντομία §§ 40—51	σαφήνεια §§ 79—88
πιθανότης §§ 52—60	πιθανότης §§ 89—97

Quintilianus	Anonymus Seguerianus
§ 36: Erit autem narratio aperta ac dilucida, si fuerit primum exposita verbis propriis et significantibus et non sordidis quidem, non tamen exquisitis et ab usu remotis,	§ 85: τὸ δὲ ἐκ τῶν λέξεων ἀσαφὲς οὕτως· ὅταν ξένοις καὶ τροπικοῖς καὶ ἀμφιβόλοις καὶ γλωσσηματικοῖς ὀνόμασί τις χρῷτο
tum distincta rebus personis temporibus locis causis	§ 80: τὸ μὲν οὖν ἐκ πραγμάτων ἀσαφὲς οὕτως γίνεται ... § 82 δεύτερα ὅταν συγχέωμεν τὴν τάξιν τῶν γεγονότων.
§ 37: rem indicare sermonis cotidiani et in quemcumque etiam indoctorum cadentis existimant.	§ 81: πρῶτον μὲν (γίνεται ἀσαφὲς ἐκ πραγμάτων) ὅταν τὰ πράγματα τὰ λεγόμενα τὴν κοινὴν ἐκφύγῃ γνῶσιν.

1) Nos Quintiliani rerum ordinem sequemur.

§ 40[1]): Brevis erit narratio .... si inde coeperimus rem exponere, unde ad iudicem pertinet, deinde, si nihil extra causam dixerimus, tum etiam, si reciderimus omnia, quibus sublatis neque cognitioni quidquam neque utilitati detrahatur.	§ 64: ἐκ μὲν οὖν τῶν πραγμάτων σύντομον ποιήσεις τὴν διήγησιν § 65 ἐὰν μήτε πόρρωθεν ἄρχῃ . . . μήτε μακρὰ λέγῃς, ὡς οἱ μετὰ τὸ πρᾶγμα καὶ ἄλλα διηγούμενοι § 66 . . . καὶ οἷα μὴ ὠφελεῖν τὸν ἀγῶνα οἷά τέ ἐστι . . . ἀφέλῃς
§ 43: Iterationes quidem et *ταυτολογίας* .... quas in narratione vitandas quidam scriptores artium tradiderunt transeo.	§ 68: ἔτι δὲ τὴν ταυτολογίαν εἰ παραιτοῖο
§ 52: Credibilis autem erit narratio ante omnia, si prius consuluerimus nostrum animum, ne quid naturae dicamus adversum.	§ 89: πιθανὴ δὲ διήγησις γίνεται, εἰ πάντα ὅσα λέγει τις ἐξομοιοῦν πειρῷτο τοῖς ἀληθέσι.
deinde si causas ac rationes factis proposuerimus . . . si personas convenientes iis quae facta credi volemus, constituerimus . . . praeterea loca tempora et similia.	τοῦτο δὲ . . . γένοιτ' ἄν, ἐὰν μὴ ψιλὰ τὰ πράγματα τιθῶμεν ἀλλὰ καὶ τὰ μόρια αὐτῶν προσλαμβάνωμεν ἐξ ὧν ἡ διήγησις πληροῦται· μόρια δὲ διηγήσεως πρόσωπον πρᾶγμα τόπος χρόνος αἰτία (cf. § 93).

Qua ex auctorum comparatione satis elucet ex uno fonte utrumque hausisse. Quem fontem fuisse Aristotelis artem Theodecteam hac ex re elucet: apud Quintilianum (§ 63) legimus Theodectem fuisse, qui ad vulgatas tres narrationis virtutes (*σαφήνεια, συντομία, πιθανότης*) addiderit *μεγαλοπρέπειαν* et *ἡδονήν*[2]); eadem autem doctrina recurrit apud Anonymum Seguer. §§ 98, 100.

1) Praecepta *περὶ συντομίας λέξεως* (Anonym. §§ 69—78) Quintilianus plane omisit.

2) '(Theodectes) non ... magnificam modo vult esse verum etiam iucundam expositionem'.

Cum autem apud Quintilianum ea res in fine totius disputationis addatur, quasi opinio esset diversa a doctrina supra (§§ 31 sqq.) exposita — ut primo quidem obtutu inter Theodectis sententiam et reliquam Quintiliani doctrinam nullus connexus intercedere videatur — prorsus aliter apud Anonymum Seguerianum res se habet: ibi Theodectes quidem non nominatur, attamen — quod multo pretiosius est — eius sententia statim post tres illas virtutes vulgatas (πιθανότης finitur § 98) uno disputationis tenore inducitur: nam legimus haec:

§ 99 'ἡδεῖαν δὲ ποιήσεις τὴν διήγησιν . . .'

§ 100 'μεγαλοπρεπῆ δὲ ποιήσεις τὴν διήγησιν . . .'

Quae Theodectis (qui ἡδονήν et μεγαλοπρέπειαν addidit ad συντομίαν, σαφήνειαν, πιθανότητα) sententia non adiungitur velut opinio esset a cetera disputatione diversa, sed eo inducitur modo, ut pateat eidem auctori cui reliqua (§§ 63—98) etiam §§ 99, 100 deberi.[1]) Cum autem hae duae paragraphi ex arte Theodectea sumptae sint (Quint. IV 2, 63) iam apparet etiam Anonymi Segueriani §§ 63—98 ex arte Theodectea Aristotelis fluxisse. Itaque — communis auctor Quintiliani et Anonymi cum iam certus sit — etiam Quintiliani IV 2 §§ 31—63 fatebimur artis Theodecteae doctrinam reddere.[2])

Cum autem iam hisce de causis Anonymi Segueriani §§ 63—100 Theodecteae artis epitomam vocari liceat, feliciter evenit, ut invento quodam his annis Oxyrhynchi facto res extra omnem dubitationis lineam ponatur. In III papyrorum volumine Grenfell et Hunt fragmentum rheto-

---

1) Quas res extra omnem dubitationis lineam ponitur, si videmus Anonymum Seguer. a § 101 demum sententias rhetorum ab ea, quam ipse sequitur, opinione diversas exhibere (§ 101 ad Theodectis virtutes adduntur αὔξησις et ἐπιείκεια; § 102 refertur sententia Aristotelis, § 103 Theodori, § 104 Harpocrationis), qua ex re elucet re vera §§ 63—100 unius auctoris esse.

2) Nunc etiam patet artis Theodecteae fragmentum latere apud Quint. IV 2, 1: 'His tribus narrandi virtutibus adiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant'.

ricum dialecto Dorica scriptum ediderunt (Nr. 410 pg. 26—31), altero post Chr. n. saeculo scriptum, de quo P. Wendland (Hermes vol. XXXIX pg. 518 adn. 1) rectissime sic iudicavit: 'vielleicht ist uns hier die dorische Umschrift eines Zeitgenossen oder Nachschrift der Vorlesungen des Theodectes gerettet'. Cui viri docti sententiae, ut plane accedam, praecipue ea re commoveor, quod hic '*περὶ τάξεως*' agitur; initii enim fragmenti (vv. 1—15) auctor finem facit praeceptorum de prooemiis: '*ἐν μὲν τοῖς προοιμίοις ταῦτα χρήσιμα ἐς ἐπιείκειάν* (= benevolentiam) *ἐστι*'. Deinde (v. 16) proceditur ad *διήγησιν* ibique praecipue id agitur, ut *μεγαλοπρεπείας* causae exponantur; cf. v. 18: '*ἐν δὲ τᾷ διαγήσει τῶν πραγμάτων ὥστε βέλτιον καὶ μεγαλοπρεπέστερον τὸ ἦθος φαίνεσθαι, τάδε χρήσιμα* . . .' cf vv. 28, 67; v. 70 sqq. legitur: '*ἔτι δὲ μηδὲν αἰσχρὸν μηδὲ προπετὲς ἀδεῶς λέγε· καὶ γὰρ μικροπρεπὲς τὸ τοιοῦτον καὶ ἀκολάστου ἤθεος· τὸ δὲ φεύγειν τὰς αἰσχρολογίας μεγαλοπρεπὲς καὶ κόσμος λόγω*' (cf. etiam v. 112) v. 121 sqq. legitur: '*σχεδὸν δὲ καὶ πᾶν τὸ εἰρωνικὸν μεγαλοπρεπές*'. Quae omnia artis Theodecteae, ubi *μεγαλοπρέπεια* inter *διηγήσεως* virtutes enumerabatur, doctrinam ostendunt.[1])

Atqui in hoc Theodecteae artis fragmento quamvis exiguo duo loci extant, qui plane cum Anonymi Segueriani locis duobus consentiunt, qua re opinio de Anonymi fontibus supra prolata confirmatur:

---

1) Praeterea, quod iam Wendland monuit, vv. 48—57 exempla hyperbolae, quae sine dubio narrationem magnificam reddere dicebatur, exhibentur eadem, quae Aristoteles (III c. 11 pg. 1413 A 11) et Theophrastus (Demetr. § 124) habent. — col. IV (vv. 93 sqq.) agitur de ethopoeia, fortasse ad virtutem *πιθανότητος* pertinente, h. e. de arte oratoris mores significandi: praecipitur bonos laudandos, pravos esse vituperandos'. '*ὁποίως γὰρ . . . ἐπαινῇ ἢ μέμφῃ ἢ μισῇς ἢ ἀσπάζῃ . . . τοιοῦτόν τε ὑπολαμψοῦνται ἦμεν· τοὶ γὰρ πολλοὶ τὼς ὁμοίως ἀποδέχονται· ὃ δὴ καὶ τῆνο εἴρηται·* (Eurip Phoenix fr. 803) '*οὐ πώποτ' ἠρώτησα γινώσκων, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν οἷσπερ ἥδεται ξυνών*'. Quibuscum conferas, quaeso, Ciceronis excerptum Theophrasteum (part. or. § 22): 'oratoris ipsius amabiles mores, qui exprimuntur . . . significando iudicio ipsius'.

Oxyrhynch. Pap. vv. 2 sqq.: *καὶ αἴκ' ἐν τᾷ λέξει τᾷ κατ' ἀρχὰς τῶν ἐφόδων [καὶ] μὴ γεγραμμέναις δοκῇ χρῆσθαί τις ἀλλὰ ἰδιωτικαῖς* (sc. *λέξεσι*) *καὶ μηδὲν ὡς ἀκριβέως εἰδὼς ἀλλ' ὡς οἰόμενος καὶ ἀκακοὼς λέγῃ* ... cf. v. 79 sqq.: *μετὰ δὲ ταῦτα πάντα, ὅ τι διάγῃ μετά τινος ..... χρηστᾶς διάγεο ... διανοίας ... ἢ οἰόμενος* ...

cf. Anonym. Seguer. § 98: *ποιήσεις δὲ πιθανότητα καὶ ἐὰν μὴ πάντα βεβαιῶν λέγῃς ἀλλὰ προστιθῇς τὸ 'οἶμαι' καὶ 'τάχα' καὶ 'ἴσως' καὶ τὰ τοιαῦτα*

v. 114: *κοινὸν δ' ἐστὶ ποτὶ πιθανότητα τοῦτο· οἷον γὰρ μὴ ἐπιβεβωλευκῆμεν ἀλλ' αὐτοσχεδιάζεν τὸ ἐπιλελᾶσθαι· ἔστι δ' ὅ κα μὲν τὰ τοιαῦτα ποτιποιέο*

§ 97: *ποιεῖ δὲ πειθὼ καὶ λέξις ἀνεπιτήδευτος καὶ τὸ αὐτοσχέδιον ἐμφαίνουσα*

Quibus locis comparatis iam manifestum fit non solum Anonymi §§ 99, 100 ex arte Theodectea esse sumptas, sed, ut supra contendimus, etiam ea, quae praecedunt: nam §§ 97, 98 (iis paragraphis proximae) propter fragmentum artis Theodecteae Oxyrhynchicum ei Aristotelis libro possunt vindicari. Iure igitur supra contendimus Anonymi § 99 doctrinae continuum tenorem haudquaquam intercipi: non solum virtutes *μεγαλοπρεπείας* et *ἡδονῆς*, quae ex Quintiliano scimus Theodecteae de narratione doctrinae esse proprias, sed etiam *συντομία*, *σαφήνεια*, *πιθανόν*, licet Theodecteae artis solius propriae non sint, Anonymus Seguerianus ex ea hausit.

Quibus expositis restat, ut breviter rationem dicamus, cur Theodecteae artis doctrinam Quintiliano et Anonymo Segueriano per Caecilium Calactitam traditam esse putemus. Ea in re secuti sumus sententiam, quam exposuit C. Morawski (Mus. Rhen. vol. XXXIV [1879] pg. 374)[1],

1) cf. Caecilii frgm. 17 Ofenloch.

qui, licet de arte Theodectea non cogitaverit, ea ex re, quod Quintiliani Anonymique communis auctor praeter Aristotelis (Rhet. III c. 16) etiam Theodori sententiam exhibet, rectissime censuit verisimiliter conici posse utrumque Caecilio esse usum. Caecilius enim, Apollodori, ut ferunt, discipulus, cui neque Theodori doctrina ignota erat, is fuerit vir, qui Apollodoreorum et Theodoreorum contentiones cum posteris omnibus tum Quintiliano tradiderit. Praeterea, quod gravissimum est, Alexander Numenii, quem praeter ceteros Anonymus Seguerianus est secutus, Caecilii doctrinam (praecipue eius librum *περὶ σχημάτων*) in usum suum convertit.[1])

IX. De Anaximenis arte rhetorica.

Usque ad Isocrateae scholae doctrinam licet fundamenta persequi eorum praeceptorum, quae Theophrastus de necessariis ideis disputans exposuit. Extat enim ars rhetorica Anaximenis Lampsaceni, quae, licet eodem fere tempore edita sit, quo ars Theodectea h. e. anno a. Chr. n. fere 340[2]), tamen sine dubio proprius quam ars Theodectea ad Isocratis doctrinam accedit.

Anaximenis libello inde a capite 18 *περὶ λέξεως* agitur;

---

1) Omnino loci, ubi duo illi auctores consentiunt, ex arte Theodectea fluxerunt. Conferas ex. gr. Quint. IV 1, 6 et Anonymi Seguer. § 7:

Quint.	Anonym.
Quint.: Benevolentiam aut a personis ducimus aut a causis. Personarum est triplex .. ratio: ex litigatore, ex adversario, ex iudice.	Anonym.: *λαμβάνεται δὲ τὰ προοίμια ἐκ τεσσάρων τούτων· ἐκ τοῦ αὐτοῦ, (ἐκ τῶν αὐτοῦ* Spengel), *ἐκ τοῦ ἀντιδίκου, ἐκ τῶν δικαζόντων, ἐκ τῶν πραγμάτων*

Hoc praeceptum etiam in arte Theodectea fuisse certum est; nam apud Aristotelem III c. 14 pg. 1415 A 25 legimus: '*Λέγεται δὲ ταῦτα* (sc.: prooemia) *ἔκ τε τοῦ λέγοντος καὶ τοῦ πράγματος καὶ τοῦ ἐναντίου*'. Praecepta enim scholastica libri *περὶ τάξεως* Aristotelici etiam in arte Theodectea exposita erant.

Pariter componi possunt hi loci: Quint. IV 1, 2; Anonym. Seguer. § 4; Ar. Rhet. III c. 14 pg. 1414 B 19.

2) cf. Wendland, Hermes vol. XXX (1904) pg. 541, 542.

non enim, ut vulgo creditur, pars περὶ λέξεως inde a c. 23 demum incipit. Quam rem ut planius enarrare possim, totius libri dispositionem lectoris in mentem revocari oportet.

Anaximenes ipse (c. 1, vol. I pg. 12, 22 Sp.-H.) hanc exhibet dispositionem: 'οὕτω δ' ἂν ἑτοιμότατον λέγειν περὶ αὐτῶν (i. e. de septem orationis speciebus) δυνηθείημεν, εἰ καθ' ἓν ἕκαστον εἶδος (dicit: προτρεπτικόν, ἀποτρεπτικόν; ἐγκωμιαστικόν, ψεκτικόν; κατηγορικόν, ἀπολογητικόν; ἐξεταστικόν) ἀπολαβόντες ἀπαριθμησαίμεθα τὰς δυνάμεις αὐτῶν (quod fit capp. 1—5) καὶ τὰς χρήσεις (capp. 6—28) καὶ τὰς τάξεις (capp. 29 sqq.).[1]) 'Altera pars autem 'χρήσεις' primo comprehendit πίστεις (capp. 6—17), deinde (capp. 18—28) prorsus novum argumentum Anaximenes aggreditur: λέξιν dico, quae usque ad cap. 28 pertinet[2]): nam capitibus 18—21 'σχήματα' tractantur (h. e.: προκατάληψις [c. 18], αἰτήματα [c. 19], παλιλλογία [c. 20], εἰρωνεία [c. 21]). Quae res ab ipso Anaximene σχήματα vocantur, sed haudquaquam eodem significatu, quo Theophrastum usum esse videmus; immo, ut primus Barczat vidit, Anaximenes ea in re secutus est Zoili, magistri sui, auctoritatem[3]): Zoili enim 'σχήματος' definitionem nobis Caecilius (apud Quint. X 1, 14 et Phoebammonem Rh. Gr. III 44 Sp.) servavit, eaque definitione usum videbimus Anaximenem non solum ironiam 'figuris' adnumerasse (c. 21 pg. 57, 14 Sp.-H.), sed etiam προκατάληψιν, αἰτήματα, παλιλλογίαν.

Deinde 'figuris' tractatis apud Anaximenem in capite 22 idearum doctrinae vestigia obvia fiunt. Initio capitis enim tractantur 'τὰ ἀστεῖα', quae Theophrasti ideae suavitatis respondere patet. Hic pariter atque in Theophrasti frag-

---

1) Quae ultima pars respondet disputationibus περὶ τάξεως Aristotelis.

2) In iis, quae sequuntur aliqua ex parte iis utor, quae W. Barczat, De figurarum disciplina atque auctoribus (Diss. inaug., Göttingen 1904, pg. 19 sqq.) sagaciter exposuit.

3) Quae res, quae Wendlandium fugit, egregie eius viri docti sententiam confirmat de Anaximene rhetoricae 'ad Alexandrum' auctore.

mento VIII (= Demetr. § 222) commendatur: ‘τὰ ἐνθυμήματα λέγειν ἡμίση, ὥστε τὸ ἥμισυ αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν τοὺς ἀκούοντας’.[1]) Praeterea Anaximenis verba: ‘δεῖ δὲ καὶ γνώμας συμπαραλαμβάνειν’ consentiunt cum Anonymi Segueriani § 99: ‘ἡδεῖαν δὲ ποιήσεις τὴν διήγησιν, ἐὰν . . . γνώμας ἀναμίξῃς’. In fine autem capitis (pg. 59, 18—22), ubi ad ἀστεῖον Anaximenes revertitur, ἠθοποιίας certissimum extat vestigium: ‘παραφύλαττε ὡς μάλιστα, ὅπως τὰ ἤθη τῶν λόγων ὁμοιοῦν τοῖς ἀνθρώποις δυνήσῃ’. In reliqua parte capitis 22 (h. e. inter duos locos de urbanitate nunc laudatos) idea latet brevitatis. (cf. pg. 177 sq.).

cap. 22 pg. 59, 9—13 ad μακρολογίαν et βραχυλογίαν adiungitur τὸ μέσως λέγειν, quod etiam in Aristotelis περὶ τάξεως libro respicitur (Rhet. III cap. 16 pg. 1416 B 33: ‘δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι . . . οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ τὸ συντόμως ἀλλὰ τὸ μετρίως’).[2])

Inde a capite 23 περὶ λέξεως disputari iam dudum intellectum est. Atque specialiter abhinc usque ad partem περὶ τάξεως (capp. 29 sqq.) tractatur σύνθεσις ὀνομάτων (pg. 59, 24: ‘περὶ δὲ ὀνομάτων συνθέσεως δηλώσομεν’) cum capitibus 18—22 actum sit de oratione figurata (capp. 18—21) et ideis (c. 22: ἡδύ, σύντομον, ἠθοποιία [πιθανόν?]). Tamen apud Anaximenem non satis accurate distinctio fit inter ἐκλογήν atque σύνθεσιν. Nam initio capitis 23 enumerantur τρεῖς τρόπου ὀνομάτων:

ἁπλοῦς
σύνθετος
μεταφέρων

Tota res ex Peripateticae scholae doctrina ad delectum verborum pertinet (ὀνόματα κύρια, διπλᾶ, μεταφοραί). Sane concedendum est τὸ σύνθετον ὄνομα etiam ad σύνθεσιν pertinere; sed tamen logica ratione Anaximenis expositio caret, cum translationes sine dubio ad solum delectum pertineant.

---

1) Licet apud Theophrastum id probabilitatem efficere dicatur non suavitatem.

2) cf. Fortunatium (pg. 126, 154): ‘πηλικότητος quot sunt genera? Tria: μακρόν, βραχύ, μέσον’.

Quod dispositionis vitium ea re effectum esse patet, quod Anaximenes verborum delectum prorsus fere neglexit, cum compositionem satis uberem in modum pertractaverit.

Nam quae in capitibus 23—28 exponuntur re vera maxime ad *σύνθεσιν* pertinent. Primo enim tractantur tres '*συνθέσεις*' (aut potius tres *συμπλήξεως* modi), quae res ad *ἁρμογήν* pertinet. Post *ἁρμογήν* tractatur *τάξις ὀνομάτων* (pg. 60, 5—10), pariter atque apud Aristotelem et Theophrastum *συνθέσεως* pars, ad quam pertinent: *φυσικὴ τάξις* ('*τὰ ὅμοια τῶν ὀνομάτων παράλληλα τιθέναι*'), *διλογία*, *συνωνυμία*[1]), *ὑπέρβατον* ('*ὑπερβιβάζειν*'). Prorsus igitur eadem occurrunt argumenta quae in arte Theodectea et apud Theophrastum. In capite 24 *διεζευγμένον* et *ἐπεζευγμένον* specialiter tractantur. In capite 25 Anaximenes potissimum disputat de perspicuitate[2]), quoad pertineat ad compositionem (pariter Aristoteles Rhet. III c. 5). Capitibus 26—28 figurae antitheticae pertractantur[3]); re vera igitur huc usque disputatio *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* pertinet.

---

1) Haud satis logice res ita exponitur: '*ἄλλη* (*τάξις*) *τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι χρῆσθαι* (= *διλογία*) *ἢ μεταβάλλειν εἰς ἕτερα* (iam id enim *συνωνυμία* est!). *τρίτη δὲ· ἑνὶ ἢ πολλοῖς ὀνόμασι τὸ πρᾶγμα προσαγορεύειν* (quod item est *συνωνυμία*!).

2) cf. c. 25 in fine: *καὶ σαφῶς μὲν ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἂν ταῦτα ποιῶμεν διαλεξόμεθα.* Ceterum adeas fragmentorum pg. 178 sq.

3) De eius partis cum Theophrastea doctrina affinitate adeas pg. 108 adn. 1.

Plagularum corrigendarum negotium, qua est erga me amicitia, suscepit PAVLVS MAAS Monacensis.

CORRIGENDA.

Locus Simplicii in categ. fol. 3^{r}, 23 ed. Basil. a me p. VI adn. 5 et p. 15 tractatus legitur in Comment. in Aristot. vol. VIII p. 10, 24 Kalbfleisch, qua ex editione nunc intellego codices omnes exhibere: *περὶ τῶν τοῦ λόγου στοιχείων.*

Praeterea haec pro erratis legenda sunt: p. XXXIII adn. 1, l. 6: pendeat; p. XXXVIII adn. 1, l. 4: *ἐξηρίθμηνται*; p. XLII l. 11: supra [pg. XL]; p. XLVII l. 19: propius; p. 16 l. 8: haec; p. 17 adn. 1, l. 1: utitur; p. 32 adn. 1, l. 2: qui postea; p. 94 adn. 1, l. 8: Caecilii; pg. 151 adn. 2, l. 2: est; p. 159 l. 4: *πρώτη*; p. 167 l. 24: *ἀρκούντως*; p. 181 l. 15: *καθάπερ ἡ ἀρχαία πᾶσα*; p. 194 l. 8: *μεταρρυθμίσειεν*; p. 213 l. 10: palillogiae.

FRAGMENTA

A. ΠΕΡΙ ΤΡΙΩΝ ΛΟΓΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

I. *Testimonia antiquissima:*

1. *Iam Critolao Peripatetico nota fuisse tria dicendi genera conici licet ex Scholio codicis Veneti A ad Il. III 212 (Dindorf, pg. 151, 1 sqq.):* τρεῖς τρόπους ῥητορείας οἶδεν Ὅμηρος· τὸν ἀπολελυμένον καὶ βραχὺν καὶ ἱκανὸν αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα παραστῆσαι, ὃν Λυσίας ἐζήλωσεν, τὸν δὲ ὑψηλὸν καὶ καταπληκτικὸν καὶ μεστὸν ἐνθυμημάτων καὶ τούτων ἀθρόως ἐκφερομένων, ὡς νῦν, ὃν Δημοσθένης, τὸν δὲ πιθανὸν καὶ τεχνικὸν καὶ πολλῶν πλήρη δογμάτων, ὃν Ἰσοκράτης τὸ γνωμικὸν καὶ σαφὲς ἐπιλεγόμενος (= Anonym. περὶ σχημάτων Rh. Gr. vol. III pg. 152, 12 sqq. Sp.).[1])

---

1) Quem locum ideo ad Critolaum rettulimus, quod tota re compellimur in medias Peripateticorum et Stoicorum de rhetorices natura disputationes, quibus utrum ars putanda sit rhetorica an scientia an mera exercitatio ('εἰ τέχνη ἡ ῥητορική') quaerebatur,. quaeque ex Philodemi de rhetorica libris notae sunt. Critolai enim intererat demonstrare iam ante 'artis' inventionem Homeri heroas egregios fuisse oratores, quod ex tribus illis Homeri locis de Menelai, Ulixis, Nestoris dicendi generibus (Γ 213, 221, Α 249) eum effecisse patet (cf. Philodemi vol. rhet. II. pg. 72 et 77 Sudhaus atque supplem. pg. XXX sq. et Quintiliani locum II, 17, 8). Ceterum haec sententia per totam antiquitatem viguit inde a Varrone (apud Gellium N. A. VI 14. 7) et Cicerone (Brut. §§ 40 et 50) per tempora Augusti (Strabo I cap. 5 pg. 17), Neronis (Panegyr. in Pisonem 57), Domitiani (Quint. XII 10, 64); atqui Hadriani aetate res cum aliis huiscemodi Homeri interpretationibus recepta est in

2. *Cratetis Mallotae aetate genera dicendi fuisse distincta apparet ex loco Sexti Empirici adv. Math. pag. 248 sq.:* Ταυρίσκος γοῦν ὁ Κράτητος ἀκουστὴς ... φησὶ τῆς κριτικῆς εἶναι τὸ μέν τι λογικόν, τὸ δὲ τριβικόν, τὸ δὲ ἱστορικόν. Λογικὸν μὲν τὸ στρεφόμενον περὶ τὴν λέξιν καὶ τοὺς γραμματικοὺς τρόπους, τριβικὸν δὲ τὸ περὶ τὰς διαλέκτους καὶ τὰς διαφορὰς τῶν πλασμάτων καὶ χαρακτήρων[1]), ἱστορικὸν δὲ κ.τ.λ.

3. *Polybio notam fuisse doctrinam de tribus dicendi gene-, ribus apparet ex iis, quae de trium philosophorum Carneadis Diogenis, Critolai legatione narravit in libro XXXIII (vol. IV pg. 283 Büttner-Wobst):* 'Tum admirationi fuisse aiunt Rutilius[2]) (fr. 3 Peter) et Polybius philosophorum trium sui cuiusque generis facundiam ..... violentia inquiunt et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria' (Gell. N. A. VI 14, 8—10)[3]).

Telephi Pergameni librum περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς, ex quo praeter Byzantinorum locos (Rh. gr. vol. V pg. 5 sq., 217, VI 9 sq.; paullo aliter IV 9, 18 sqq. et VI 48) fluxit sententia auctoris de vita et poesi Homeri (Ps. Plut. VII pg. 435, 23 Bern.).

1) Voce χαρακτήρων hic re vera genera dicendi indicari manifestum fit addita voce πλασμάτων, qua passim (cf. Proclus apud Photium cod. 239 pg. 318 B Bekker) aeque atque voce χαρακτήρ utuntur.

2) Rutilium, qui philosophos ipse audire non potuit (cf. Peter, hist. rom. rell. vol. I pg. CCLXIV), ex Polybio, hausisse certum est.

3) Polybii Rutiliique locos Gellio praebuit M. Terentius Varro (F. A. Wilmanns, de T. V. libris grammaticis pg. 77 adn. et 205) quem auctorem Gellius VI 14, 6 expresse laudat. Ad Varronis fragmentum haud scio an recte accomodari possit titulus 'de proprietate scriptorum' (Nonius I 537 Mueller), nisi de titulo 'περὶ χαρακτήρων' cogitare mavis (Charisius II 189 Keil). Cf. Ritschl, Opp. philol. III 365, 459, 463.

II. *Reliqua testimonia Dionysio antiquiora:*[1])

1. Auctor ad Herennium IV 8, 11: sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras appellamus, in quibus omnis oratio non vitiosa consumitur: unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam vocamus.

2. Cicero de optim. gen. orat. 2[2]): oratorum autem, si quis ita numerat plura genera, ut alios grandis aut gravis et copiosos, alios tenuis aut subtilis aut brevis, alios eis interiectos et tamquam medios putet de hominibus dicet aliquid, de re parum.

3. Trypho Alexandrinus Rh. Gr. III 201, 6 sqq. Sp.)[3]):

---

1) Testimonia antiquissima nos docuerunt altero a. Chr. saeculo doctrinam de tribus dicendi generibus iam dudum receptam atque divulgatam fuisse. Altera ex parte Aristotele recentiores esse λόγου χαρακτῆρας ex solo Aristotelis silentio conici potest. (Male igitur Volkmann Rhetorik² pg. 532 Antistheni Socratico tribuit huius rei inventionem loco nisus Diogenis Laertii VI 9 de quo recte iudicavit Blass att. Bereds. II² 336.) Sed cum Theophrasti, ut χαρακτήρων inventoris, nomen a Dionysio demum nobis suppeditetur, a ceteris auctoribus eum seiungendum esse putavimus.

2) Reliqua Ciceronis testimonia (ex 'oratore' et III 'de oratore' libro) hic non adscripsimus. Iis enim libris, quia locupletissima praebent excerpta Theophrastea, distinctus a ceteris testibus locus assignandus erat.

3) Tryphonis, grammatici Alexandrini, quem Augusti floruisse aetate Suidas testatur, libelli περὶ τρόπων nonnullas tenemus epitomas a Byzantinis hominibus confectas, ex quibus genuinum Tryphonis opus restituendum est. Quam nos laudamus epitoma (vol. III. p. 191 sqq.) male Tryphonis nomine ornata est. Nam duorum libellorum (p. 191—206 et 215—226 Sp.) in codicibus Tryphonis nomine inscriptorum neuter genuinum Augusteae aetatis opus est. C. Walz (Rh. Gr. VIII 727) Leonem Allatium (Diatriba de Georgiis pg. 416) secutus alterum ex-

Χαρακτῆρες ῥητορικοὶ τρεῖς τουτέστιν εἴδη φράσεων· αὐστηρὸν, μέσον, ἰσχνόν. Καὶ τὸν μὲν αὐστηρὸν ὁ Θουκυδίδης ἐπετήδευσε χαρακτῆρα καὶ Ἀντιφῶν ὁ τούτου διδάσκαλος, τὸν δὲ μέσον Δημοσθένης, Ὑπερείδης, Δείναρχος, Λυκοῦργος, τὸν δὲ ἰσχνὸν Αἰσχίνης, Ἰσοκράτης, Λυσίας, Ἀνδοκίδης, Ἰσαῖος[1]) (= Prolegomena τῶν στάσεων Rh. Gr. vol. VII. 26, 3 sqq. Walz).

III. *Theophrasti tria dicendi genera ex Dionysio restituta.*

1. Dionys. de Isocrate cap. 3. in.: καθόλου δὲ τριῶν ὄντων ὥς φησι Θεόφραστος (fr. V S) ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα καὶ σεμνὸν καὶ περιττὸν ἐν λέξει τῆς τε ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας καὶ τῶν περιλαμβανόντων αὐτὰ σχημάτων, ἐκλέγει μὲν εὖ (sc. Isocrates) ... ἁρμόττει δὲ .... περιέργως ..... σχηματίζει τε φορτικῶς.

2. de Demosth. c. 3. vol. I. pg. 132, 3 U.-R.: τρίτη λέξεως ⟨ἰδέα⟩ ἦν ἡ μικτή τε καὶ σύνθετος ἐκ τούτων τῶν δυοῖν (dicit enim λέξιν ἐξηλλαγμένην καὶ περιττὴν καὶ ἐγκατάσκευον, de qua egerat capite primo [pg. 130, 1] et λέξιν λιτὴν καὶ ἀφελῆ, de qua egerat capite altero, h. e. genus sublime et genus humile) ἣν ὁ μὲν πρῶτος ἁρμοσάμενος καὶ καταστήσας εἰς τὸν νῦν ὑπάρχοντα κόσμον εἴτε Θρασύμαχος ὁ Καλχηδόνιος ἦν, ὡς οἴεται Θεόφραστος (fr. IV S), εἴτε ἄλλος τις οὐκ ἔχω λέγειν[2]).

---

cerptum (p. 215 sqq.) Gregorii Corinthii nomine inscripsit, alterum (pg. 191 sqq.) Tryphoni reliquit, cuius rei vanitatem ostendit Ch. E. Finckh, Philol. 24, 337 sqq.

1) Oratorum series ab epitomatore Byzantino confusa est: Demosthenem atque Aeschinem sublimi, Hyperidem humili, Isocratem medio dicendi generi oportebat attribui.

2) Ex solo altero loco (fr. IV S) recte coniecit A. Wester-

IV. *Quid Dionysius de trium generum natura doceat.*

1. Dionysius de Demosthene c. 10 (vol. I pg. 149, 6 U.-R.) Ὥςτε οὔτε τὸ caφὲc ἐκβέβηκεν (Demosthenes), οὗ πρώτου τοῖc ἐναγωνίοιc λόγοιc δεῖ, τὸ δὲ δεινὸc εἶναι δοκεῖν, ἐφ' ᾧ μάλιcτα φαίνεται cπουδάζων, προc-

---

mann (Gesch. der Bereds. I 170) tria dicendi genera constituisse Theophrastum: nam si Thrasymachum primum medium genus expolivisse dixit, necessario etiam ἀκρότητας illas novit, dico sublime genus atque humile, inter quas mediocritas illa interiecta est. Si autem tria genera novit, primus ea invenit, quoniam res Aristotele recentior est. Atque priore loco (fr. V S) aperte sublime genus Theophrasto tribuitur. Nam se vera in tertio de Isocr. capite sublime genus describi elucet ex tota Dionysii librorum de antiquis oratoribus dispositione, cui nihil aliud subest nisi ipsa trium generum doctrina, cf. de Dinarcho vol. I p. 297, 1. U.-R. Itaque Isocratis χαρακτήρ componitur ex humilis generis virtutibus (de Isocr. c. 2) et sublimis generis ornatu (de Isocr. c. 3).

Porro haud spernendum argumentum protulit Blass (Griech. Bereds. 81) 'Wäre der Anfang der Schrift des Dionysius erhalten, so würden wir wahrscheinlich dies (h. e. Theophrastum primum constituisse genera dicendi) nicht schließen, sondern ausdrücklich bezeugt haben.' Atque re vera conici licet Dionysium initio libri de Demosthene scripti tria dicendi genera non solum (ut in cap. 33 pg. 202 ipse dicit) 'enumerasse', sed ibi longiore disputatione eorum naturam exposuisse. Ipse enim nos verbis 'τρίτη λέξεως ἰδέα ἦν' (p. 132, 3) aut 'ἡ μὲν οὖν ἐξηλλαγμένη . . . λέξις τοιαύτη τις ἦν' ad technicam huiusmodi disputationem relegat, ubi procul dubio, quae Theophrastus de generum dicendi natura docuerat, servata erant. Quam ad disputationem etiam pertinent quae pg. 203, 8 leguntur: 'διελόμενος (h. e. initio libri) μὲν τὴν λέξιν εἰς τρεῖς χαρακτῆρας . . . τὸν δὲ ἰσχνὸν καὶ τὸν ὑψηλὸν καὶ τὸν μεταξὺ τούτων' quo ex loco elucere videtur propria trium generum nomina fuisse χαρακτὴρ ἰσχνός, μέσος, ὑψηλός.

εἴληφε· τοιαῦτα μὲν δή τινά ἐστιν, ἃ παρὰ τὸν ὑψηλὸν καὶ ἐγκατάσκευον καὶ ἐξηλλαγμένον τοῦ συνήθους χαρακτῆρα οὗ τὸ κράτος ἅπαν ἦν ἐν τῇ δεινότητι ... ὁ Δημοσθενὲς κατεσκεύακεν.[1])

---

1) Hoc loco docemur Dionysium in libri de Demosthene scripti exordio deperdito (id enim significari voce ἦν monuimus) exposuisse: τὸ δεινὸν maximi esse momenti ad genus sublime constituendum; itaque quasi elementum quoddam sublimis generis δεινότης habenda est. Quam rem etiam ex eo comprobare possumus, quod Dionysius ut sublimitatis exemplum ponit Isaeum, ea de causa, quod is maxime δεινότητα Demosthenicam habere ei visus est (vol. I pg. 123, 23 U.-R.). Ceterum prorsus eadem doctrina duobus locis apud Ciceronem occurrit, quem ex Theophrasto pendere infra videbimus; orat. § 69: 'sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi, subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo, in quo vis (= δεινότης) omnis oratoris est.' et ibidem § 97: 'Tertius est ille amplus, copiosus, gravis, ornatus, in quo profecto vis maxima est.

Praeterea notandum est Dionysium iis locis ubi omnino technice voce δεινότητος utitur (sunt autem hi: vol. I pg. 95, 10; 111, 6; 123, 21; 149, 6; 305, 17; 306, 24; 360, 9; 371, 2; 412, 23; 417, 18; vol. II pg. 247, 9) ea voce 'vim atque impetum dicendi' significare, non quod post Volkmannum (l. l. p. 537) omnes decantant 'rectum trium dicendi generum usum' quam vocis significationem Hermogenes demum induxit (vol. II p. 388, 25 Sp.). Ceteris Dionysii locis voce δεινότης ex communi Graecorum sermonis usu significatur 'facultas dicendi'. Pariter apud auctorem de subl. δεινότης impetus dicendi est (c. 12, 4 et 34, 4) atque cum Dionysio consentiunt Cicero (Brut. § 44, de or. III 28, ubi voce 'vis' [= δεινότης] impetus significatur; aliis locis 'vis oratoris' simpliciter de facultate dicendi adhibetur cf. de or. I §§ 13, 142, 260; II §§ 72, 120) et Quintilianus, apud quem 'vis' simpliciter usurpatur his locis: I 1, 1; II 1, 5; 15, 3; 16, 9; 17, 2; III 7, 7; V 10, 109; 13, 43; VI 3, 36; 15, 22;

2. de Isocr. cap. 3 (vol. I pg. 59, 6 U.-R.) καί τοι γε ἀνθηρός ἐστιν, εἰ καί τις ἄλλος καὶ ἐπαγωγὸς ἡδονῇ τῶν ἀκροωμένων Ἰσοκράτης.

de Demosth. c. 18 (vol. I pg. 166 sq. U.-R.) Ἀνθηρὰν τε καὶ θεατρικὴν ἐκ παντὸς ἀξιῶν εἶναι τὴν διάλεκτον (sc. Isocr.) ὡς τῆς ἡδονῆς ἅπαν ἐχούσης ἐν λόγοις τὸ κράτος.[1])

V. *De trium dicendi generum varietatibus.*

1. *Cicero docet duas esse species medio generi subiectas: eloquentiam Peripateticorum propriam philosophorum (veram illam μεσότητα) et sophisticum genus dicendi (τὸ ἀνθηρόν) illa magis ornatum.*

a) orator § 21: Isque (medius orator) uno tenore, ut aiunt, fluit in dicendo nihil adferens praeter facilitatem et aequabilitatem

aut addit aliquos ut in corona flores[2]) (= τὸ ἀνθηρόν) omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit.

VII 10, 10; IX 4, 26; X 2, 16 et 17; 5, 6; 6, 2; XI 3, 67; XII 1, 33; contra technice (= impetus dicendi) his locis: II 5, 21; VI 1, 14; VIII 3, 21 et 88 sq.; IX 1, 2; 2, 53; 3, 54; 4, 6 et 14 et 123; X 1, 53 et 60 et 73 et 76 et 97 et 108 et 110 et 114; 2, 12 et 19 et 25; 3, 56; XI 3, 133; XII 10, 11 et 15 et 23 et 59 et 65.

1) Si reputamus apud Dionysium Isocratem medii generis esse exemplum eundemque oratorem 'floridum' vocari, iam ex ea re elucet in disputatione illa deperdita τὸ ἀνθηρόν medio dicendi generi fuisse subiectum. Quae res ex Ciceronis 'oratore' melius elucebit.

2) Sic enim legendum esse censemus propter orat. §§ 65 et 96. Orelli-Halm exhibent vocem 'toros' Klotz-Müller 'totos', quarum neutra sanam sententiam efficit.

b) or. § 95: Latae eruditaeque disputationes ab eodem (sc. medio oratore) explicabuntur et loci communes sine contentione dicentur. Quid multa? E philosophorum[1]) scholis tales fere evadunt.

Est autem quoddam etiam insigne et florens (ἀνθηρόν) orationis pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e sophistarum[2]) fontibus defluxit in forum.

2. *Pariter sublime dicendi genus duas amplectitur species: τὸ μεγαλοπρεπές et τὸ δεινόν, item ornatu diversas, (hoc enim illo minus ornatum est) pares autem quod ad ἦθος attinet.*

Demetr. περὶ ἑρμηνείας § 36: διὸ δὴ (i. e. quia ὁ μεγαλοπρεπής et ὁ ἰσχνὸς χαρακτήρ adversis frontibus pugnant) καὶ μόνους δύο χαρακτῆράς τινες ἀξιοῦσιν εἶναι τούτους (i. e. ἰσχνόν et μεγαλοπρεπῆ), τοὺς δὲ λοιποὺς δύο (i. e. γλαφυρόν et δεινόν) μεταξὺ τούτων· τὸν μὲν γλαφυρὸν τῷ ἰσχνῷ προσνέμοντες μᾶλλον, τῷ δὲ με-


1) Peripateticos significari apparet, quia totius generis Demetrius Phalereus exemplum proponitur, (or. 92—94) qui (Brut. 37) 'e Theophrasti doctissimi hominis umbraculis' processit. Itaque hic nihil aliud significatur quam Aristotelis ac Theophrasti ipsorum dicendi genus.

2) Sophistae illi, ut ex or. 27 sqq. percipimus, Isocrates sunt praeterque eum Thrasymachus, Gorgias, Theodorus, quorum dicendi genera tractasse Theophrastum constat. — Ceterum vox ἀνθηρός iam apud Xenophontem (Cyrop. I 6, 38) de musicae genere quodam antiquiori arti opposito usurpatur; immo ad oratorum dicendi genera pertinet apud Isocratem adv. Soph. 18 atque Theophrasto ipsi, quin vox ἀνθηρός attribuatur nihil obstat. Scimus enim Theophrastum Bionem dixisse primum philosophiae induisse ἀνθινὰ ἱμάτια (Voll. Herc. Coll. prior vol. VI c. 15).


γαλοπρεπεῖ τὸν δεινὸν ὡς τοῦ γλαφυροῦ μὲν μικρότητά τινα καὶ κομψείαν ἔχοντος, τοῦ δεινοῦ δὲ ὄγκον καὶ μέγεθος.[1])

---

1) Quo loco docemur duas esse ethicas ἀκρότητας: μικρότητα et μέγεθος. Quae res cum quam maxime sibi oppositae sint, ii, quos Demetrius secutus est, rhetores medium genus Theophrasti omnino de medio tollendum esse putaverunt. Quod quo iure factum sit videamus. Nam etsi negari non possit ἀκρότητας illas 'misceri' non posse, (quo argumento profecto rhetores illi usi sunt) inde nihil effici potest contra Theophrastum, cuius medium genus (ut videtur) omnino 'μῖγμα' non erat, sed potius μεσότης h. e. ethos per se constans et inter ἀκρότητας illas medium locum tenens. Cum enim Dionysius μικτὴν λέξιν Theophrastum commemorasse dicit (fr. IV S), id ad solum ornatum pertinet, qui re vera ex humilis generis virtutibus (de Isocr. c. 2) et sublimitatis ornatu (de Isoc. c. 3) 'componitur': 'Misceri' enim solus ornatus potest, numquam ethos. Itaque licet nobis — reiectis illorum inventis — ex doctrina apud Demetrium servata Theophrasti σύστημα χαρακτήρων restituere. Cum enim illi hanc fere exhibent dispositionem:



nobis sola Theophrasti μεσότης interponenda est (cui ἀνθηρόν speciem eius subieciemus) ut haec evadat dispositio:



Quo ex systemate addiscimus praeter δεινότητα, quam Dionysius (cf. supra pg. 8) elementum sublimis generis esse testatur, alterum esse ὕψους elementum: ornatum ipsum (Theophr. fr. V. S). Omnino enim in generum dicendi divisione Theophrastus et ethos et κόσμον respexisse videtur ita, ut et medium genus

3. *Tria dicendi genera et ἤθει et κόσμῳ inter se diversa sunt.* Macrobius Sat. V 1, 5 sqq.: oratorum autem non simplex nec una natura est, sed hic fluit et redundat, contra ille breviter et circumcise dicere adfectat. Tenuis quidam et siccus et sobrius amat quandam dicendi frugalitatem, alius pingui et luculenta et florida oratione lascivit .... § 7 Quattuor sunt ... genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur, breve, in quo Sallustius regnat, siccum (= tenue), quod Frontoni adscribitur, pingue et floridum, in quo Plinius secundus ... luxuriatur ... § 16 Sunt praeterea stili dicendi duo, dispari moralitate diversi. Unus est maturus et gravis ... § 17 alter huic contrarius ardens et erectus et infensus.[1])

---

duas habeat varietates altera alteram ornatiores (Peripateticorum et sophistarum genera dicendi) et sublime genus duas comprehendat species ornatu diversas (μεγαλοπρεπές et δεινόν).

1) Doctrina hic misere quidem confusa, sed tamen maximi pretii est. Exponuntur enim eadem, quae apud Demetrium, dicendi genera: ἰσχνόν (tenue) ἀνθηρόν (floridum) μεγαλοπρεπές (grave) δεινόν (infensum). Quod ut perspiciatur non solum ea de medio tollenda sunt, quae ad πηλικότητα sermonis pertinent ('copiosum, breve') sed etiam, quas Macrobius inepte divisit ('genera dicendi — stili dicendi') coniungenda sunt. Quo facto videmus una ex parte (§ 7) τῷ ἰσχνῷ adiungi τὸ ἀνθηρόν, altera ex parte (§ 16, § 17) τὸ μεγαλοπρεπές et τὸ δεινόν una inveniuntur. Habes igitur eadem, quae apud Demetrium, dicendi genera atque eodem modo consociata. Sane pessime egit Macrobius contendens τὸ μεγαλοπρεπές et τὸ δεινόν 'moralitate' (= ἤθει) diversa esse. Κόσμῳ enim diversa sunt, non ἤθει: nam, ut recte Demetrius docet, priora duo μικρότητα, posteriora duo μέγεθος praebent. Sed ea de causa gravissimus testis est Macrobius, quod vocem illam 'moralitas' servans demonstrat re vera et

VI. *De generum dicendi cum ideis ratione.*[1])

1. *Constat Aristotelis 'ideas' omnes (de quibus v. Prolegg. pg. XV sqq.) in Theophrasti περὶ λέξεως librum esse receptas.*[2])

a) Cicero or. § 79: Sermo purus erit et Latinus (ἑλληνισμός), dilucide planeque dicetur (σαφές), quid deceat, circumspicietur (πρέπον), unum aberit (sc. a genere humili), quod quartum numerat Theophrastus

---

ad 'ethos' pertinere generum dicendi dispositionem et ad ornatum. Quibus expositis etiam recte iudicare licebit de Ciceronis loco orat. 20, ubi et sublime et humile genus in duas species dividuntur: ad τέλος enim sublimis generis (quod est 'permovere et convertere animos') perveniri potest et 'levi et structa et terminata oratione' (μεγολοπρέπεια) et 'aspera, tristi, horrida oratione' (δεινότης) h. e.: idem ethos vario ornatu efficitur. Pariter in humili genere alii sunt 'impoliti et consulto rudium similes', alii 'in eadem ieiunitate concinniores, id est: faceti, florentes etiam et leviter ornati'. Quo loco κόσμου illae varietates maxime ad compositionem pertinere videntur.

Tria genera ἤθει diversa, quorum unicuique duae varietates subiciuntur, quae diversum ornatum exhibent, habet etiam Fortunatianus (p. 126, 44), cuius sola terminologia reprehendenda est, nam ornatiores varietates omnes 'ἀνθηρόν' minus ornatas 'αὐστηρόν' (= δεινόν ?) vocat.

1) Cum supra expositum sit, τὸ δεινόν sublimis, τὸ ἀνθηρόν medii generis esse elementa, nunc demonstrandum est tres esse 'ideas', quae proprie ac peculiariter dicendi genera efficiant: τὸ δεινόν, τὸ μεγαλοπρεπές, τὸ ἡδύ. Quarum idearum τὸ ἡδύ florido respondet generi, cum reliquae duae ideae sublimis generis efficiant varietates. Μικτὴ λέξις autem (dico Peripateticam elocutionem) componitur ex sublimi ornatu (μεγαλοπρεπές) et humilis generis virtutibus, quae sunt 'ideae necessariae'.

2) de Theophrasti ideis cf. Liers, Zur Geschichte der rhetorischen Ideenlehre, Neue Jahrb. f. Philol. vol. 131 (1889) pg. 577 sqq.

(fr. XII S) in orationis laudibus (ἰδέαι): ornatum illud (μεγαλοπρεπές), suave et fluens[1]) (ἡδύ).

b) Ammonius in Aristot. π. ἑρμην. vol. IV 5 pg. 65 Busse: Διττῆς οὔσης τῆς τοῦ λόγου σχέσεως καθὸ διώρισεν ὁ φιλόσοφος Θεόφραστος (fr. XXIV S, 65 Wimmer), τῆς τε πρὸς τοὺς ἀκροωμένους (οἷς καὶ σημαίνει τι) καὶ τῆς πρὸς τὰ πράγματα, ὑπὲρ ὧν ὁ λέγων πεῖσαι προτίθεται τοὺς ἀκροωμένους[2]), περὶ μὲν τὴν σχέσιν αὐτοῦ τὴν πρὸς τοὺς ἀκροατὰς καταγίνονται ποιητικὴ καὶ ῥητορική, διότι ἔργον αὐταῖς ἐκλέγεσθαι τὰ σεμνότερα τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ μὴ τὰ κοινὰ καὶ δεδημευμένα καὶ ταῦτα ἐναρμονίως συμπλέκειν ἀλλήλοις (= fr. V S) ὥστε διὰ τούτων καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων οἷον σαφηνείας, γλυκύτητος καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν, ἔτι δὲ μακρολογίας καὶ βραχυλογίας κατὰ καιρὸν πάντων παραλαμβανομένων[3]) ἦσαί τε τὸν ἀκροατὴν καὶ ἐκπλῆξαι καὶ πρὸς τὴν πειθὼ χειρωθέντα ἔχειν· τῆς δέ γε πρὸς τὰ πράγματα τοῦ λόγου σχέσεως ὁ φιλόσοφος προηγουμένως

---

1) codices exhibent 'afluens', quod correximus (cf. § 42). — Ceterum iam hic monendum est Ciceronem duas virtutes (ornatum et suavitatem) perperam in unam ἰδέαν contaminasse. Atqui re vera hoc Ciceronis loco ἰσχνότης non solum a sublimis generis ornatu (μεγαλοπρεπές), sed etiam a medii floridique generis 'suavitate' (τὸ ἡδύ) secernenda erat.

2) Quae differentia fere eadem est atque Aristotelis distinctio (Rhet. III 12) inter γραφικὴν et ἀγωνιστικὴν λέξιν, cf. etiam Quint. III 7, 1: 'quod genus (laudativum) videtur Aristoteles atque eum secutus Theophrastus (fr. XXII S) a parte negotiali hoc est πραγματικῇ removisse totamque ad solos auditores relegasse'.

3) Quibus in verbis latent ideae συντομίας (= βραχυλογία) et τοῦ πρέποντος ('κατὰ καιρόν').

ἐπιμελήσεται τό τε ψεῦδος διελέγχων καὶ τὸ ἀληθὲς ἀποδεικνύς.[1])

c) Simplicius in Aristot. categ. (ed. Basil. 1551 pg. 3): καθὸ μὲν γὰρ λέξεις (sc. αἱ φωναί) ἄλλας (sc. ἢ αἱ τοῦ Ἀριστοτέλους κατηγορίαι) ἔχουσι πραγματείας, ἃς ἐν τῷ περὶ ⟨λέξεως περὶ τῶν⟩ τοῦ λόγου στοιχείων ὅ τε Θεόφραστος (pg. 38 S) ἀνακινεῖ καὶ οἱ περὶ αὐτὸν γεγραφότες

οἷον· πότερον ὄνομα καὶ ῥῆμα τοῦ λόγου στοιχεῖα ἢ καὶ ἄρθρα καὶ σύνδεσμοι καὶ ἄλλα τινά· λέξεως δὲ καὶ ταῦτα μέρη, λόγου δὲ ὄνομα καὶ ῥῆμα[2])

1) Ammonii locus videtur dispositionem libri Theophrastei exhibere: habes enim, ut in Simplicii loco, (v. infra) capita περὶ ἐκλογῆς, περὶ συνθέσεως, περὶ ἰδεῶν. Porro pariter atque initio libri Aristotelici περὶ λέξεως scripti (Rhet. III cap. 1) hic rhetoricae cum poëtica arte affinitas commemoratur; quamobrem dixeris et hoc Theophrasti fragmentum et fr. XXII S, ei perquam simile, initio totius libri esse adscribenda.

2) Theophrastum initio libri pariter atque Aristotelem (ars poet. cap. 20) ‘λέξεως μέρη’ haec enumerasse putaverimus: στοιχεῖον (= γράμμα) et συλλαβήν; deinde σύνδεσμον, ἄρθρον (quod Dionysius de comp. verb. cap. 2 in. et de Dem. cap. 48 in. male videtur a Peripateticis abiudicare), πτῶσιν; denique λόγον (cuius elementa propria sunt ὄνομα et ῥῆμα). Ibi a primis verborum elementis ad absoluta enuntiata (λόγος) ascenditur. Atque totius ‘λέξεως’ μέρη divisisse videtur in λόγου στοιχεῖα (‘Redeteile’) h. e. ὄνομα et ῥῆμα et prima λέξεως elementa; γράμματα, συλλαβαί, σύνδεσμος, ἄρθρον, πτῶσις, quibus nulla inest vis ‘logica’. Λέξις enim videtur esse litterarum syllabarumque comprehensio, quae, nisi etiam λόγους comprehendit, sensu omnino caret.

Initio autem libri Theophrastum has res tractasse ea de causa putamus, quod ei, antequam de ‘ὀνομάτων’ delectu atque compositione ageret, etiam logica eorum aut grammatica vis

καὶ τίς ἡ κυρία λέξις, τίς δὲ ἡ μεταφορική (= ἐκλογή)

καὶ τίνα τὰ πάθη αὐτῆς· οἷον τί ἀποκοπὴ καὶ συγκοπή, τί ἀφαίρεσις, τίνες αἱ ἁπλαῖ, τίνες αἱ σύνθετοι, τίνες αἱ ὑποσύνθετοι καὶ ὅσα τοιαῦτα (= σύνθεσις)

καὶ ὅσα περὶ ἰδεῶν εἴρηται· τί τὸ σαφὲς ἐν ταῖς λέξεσιν, τί τὸ μεγαλοπρεπές, τί τὸ ἡδὺ καὶ πιθανόν.

d) Cicero part. or. § 19: Communia autem simplicium coniunctorumque hae sunt quinque quasi lumina (= ἰδέαι):

dilucidum (σαφές), breve (σύντομον), probabile (πιθανόν), inlustre[1]) (ἐναργές), suave (ἡδύ).

§ 22: Maxime ... movet ea, quae motum aliquem animi ciet oratio (παθητικὴ λέξις), quaeque significat oratoris ipsius amabiles mores (ἠθικὴ λέξις).[2])

Qui loci aperte Theophrastei[3]) *si inter se componuntur, iam elucet Aristotelis ideas (ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον,*

---

exponenda erat. Ceterum etiam Dionysius (de comp. verb. c. 2 in. vol. II p. 6, 17, U.-R.) ipsa συνθέσεως definitione ad huiusmodi quaestiones perducitur (qui autem qua est neglegentia λόγου μόρια et λέξεως στοιχεῖα confundit) ita, ut dubitare possis, utrum res illae a Theophrasto initio totius libri, ut ex Simplicii argumentorum dispositione effecerit quispiam, an initio capitis περὶ συνθέσεως (pariter atque apud Dionysium) tractatae sint.

1) Legitur enim § 20: 'Est enim (inlustre) haec pars orationis, quae rem constituat paene ante oculos.'

2) Cum παθοποιία atque ἠθοποιία apud Aristotelem III c. 7 τῷ πρέποντι subiciantur, dubium non est, quin etiam in Ciceronis fonte τὸ πρέπον fuerit tractatum. Ceterum ἠθοποιίας vestigium etiam in § 18 extat: 'Probabile autem genus est orationis ... si sententiae ... aptae opinionibus hominum ac moribus'.

3) De excerpto Theophrasteo quod in partitionibus oratoriis extat v. Prolegg. pg. XIII sq.

πιθανόν, πάθος, ἠθοποιία, ἐνάργεια, ἡδύ, μεγαλοπρεπές) a Theophrasto esse receptas.

2. *Theophrastus ad Aristotelis ideas addidit τὸ δεινόν atque ideas omnes in 'necessarias' et 'adscitas' divisit.*

a) Dionysius de Thucyd. c. 22 (vol. I pg. 358 U.-R.) Ὅτι μὲν οὖν ἅπασα λέξις εἰς δύο μέρη διαιρεῖται τὰ πρῶτα, εἴς τε τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων ... καὶ εἰς τὴν σύνθεσιν (= Theophr. fr. V S) ... καὶ ὅτι τῶν καλουμένων ἀρετῶν[1]) αἳ μέν εἰσιν ἀναγκαῖαι καὶ ἐν ἅπασιν ὀφείλουσι παρεῖναι τοῖς λόγοις, αἳ δ' ἐπίθετοι καί, ὅταν ὑποστῶσιν αἱ πρῶται, τότε τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν λαμβάνουσιν, εἴρηται πολλοῖς πρότερον.

b) ibid. cap. 23 (vol. I pg. 360): Τὰς μὲν οὖν ἀναγκαίας ἀρετὰς ἡ λέξις αὐτῶν (logographorum) πάντων ἔχει· καὶ γὰρ καθαρὰ καὶ σαφὴς καὶ σύντομός ἐστιν ἀποχρώντως ...... τὰς δ' ἐπιθέτους .... οὔτε ἁπάσας οὔτε εἰς ἄκραν ἡκούσας ....., ὕψος λέγω καὶ καλλιρρημοσύνην καὶ σεμνολογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν. οὐδὲ δὴ τόνον οὐδὲ βάρος οὐδὲ πάθος διεγεῖρον τὸν νοῦν οὐδὲ τὸ ἐρρωμένον καὶ ἐναγώνιον πνεῦμα, ἐξ ὧν ἡ καλουμένη γίνεται δεινότης[2]).

Loco ep. ad Pomp. c. 3 (vol. II pg. 239, 14 U.-R.), postquam commemoravit ἑλληνισμόν, σαφήνειαν[3]), συντομίαν, hoc modo prosequitur: ἐνάργεια μετὰ ταῦτα τέτακται πρώτη μὲν τῶν ἐπιθέτων ἀρετῶν .... μετὰ

---

1) Dionysius vocibus ἰδέα et ἀρετή synonyme utiture cf. ex gr. vol. II pg. 212, 9; 213, 6; 238, 12.

2) Δεινότης prorsus eodem modo describitur ab auctor π. ὕψ. 34, 4; ceterum monendum est πάθος ab Aristotele, quippe qui δεινότητα nondum noverit, πιθανότητι esse subiectum.

3) Quae idea hoc quidem loco codicum lacuna interiit, sed loco epitomes l. II. περὶ μιμήσεως pg. 307, 10 U.-R. suppletur.

ταύτην cυνίcταται τὴν ἀρετὴν τῶν ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμηcιc ... μετὰ ταῦτα αἱ τὸ μέγα καὶ θαυμαcτὸν ἐκφαίνουcαι τῆc καταcκευῆc ἀρεταί ...... ἕπονται ταύταιc αἱ τὴν ἰcχὺν καὶ τὸν τόνον καὶ τὰc ὁμοιοτρόπουc δυνάμειc τῆc φράcεωc ἀρεταὶ περιέχουcαι .... ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰc ὁμοιογενεῖc ἀρετὰc εἰcφέρεται ... Ἡρόδοτοc.[1])

ἐπιθέτοι ἀρεταὶ igitur sunt hae: ἐνάργεια, ἠθοποιία ἡδύ, μεγαλοπρεπές, δεινόν. 'Necessariae' autem hae: ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον ('πασῶν ἐν λόγοις ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη' vol. II pg. 240), πιθανόν.

3. *Theophrasti ideae aut tribus dicendi generibus communes sunt ('τοῖς τρισὶν πλάσμασιν ὁμοίως παρέπονται') aut proprium dicendi genus effiiciunt ('ἴδίαι ἀρεταὶ πλάσματος').*

Dionysius de Dem. c. 34 in.: Ὀλίγα τούτοιc[2]) ἔτι προcθεὶc περὶ τῆc λέξεωc ἐπὶ τὸ καταλειπόμενον τῆc προκειμένηc θεωρίαc μέροc[3]) μεταβήcομαι· ταῦτα δὲ ἔcτιν, ἃ τοῖc πλάcμαcιν ὁμοίωc παρέπεται[4]) καὶ ἔcτι παντὸc λόγου Δημοcθενικοῦ μηνύματα χαρακτηριcτικὰ καὶ ἀνυφαίρετα. ὑπομνήcω δὲ πρῶτον ἃ τοῖc ἄλλοιc πλάcμαcιν ἔφην (sc. initio libri deperdito) ἰδίαc ἀρετὰc cυμβεβηκέναι, τοῖc Δημοcθένουc ⟨πρότερον ἠcκημένοιc⟩, ἵν' εὐcύνοπτοc μᾶλλον γένηταί μοι ὁ λόγοc.[5])

---

1) cf. ibid, c. 4 pg. 242, 1 sqq. et c. 6 pg. 247.

2) dicit capita 1—33 quam partem ipse inscribit 'περὶ τῆc λέξεωc', melius 'de dicendi generibus' inscribendam.

3) dicit partem 'de compositione verborum' (cap. 35 sqq.).

4) 'quaenam ideae tribus dicendi generibus communes sint addam.'

5) Textum mutilum supplevi. — Dionysius divisionem idearum 'communium' et 'propriarum' recte quidem servavit, sed quaenam ideae huic, quae illi speciei sint adscribendae, ex iis, quae apud

De ratione idearum cum dicendi generibus egregie edocemur in fine eiusdem capitis (pg. 205, 2 sqq.):

Ταῦτα μὲν οὖν χωρὶς ἑκάστῳ τῶν τριῶν πλασμάτων παρακολουθεῖν ἔφην (a) καὶ ἐκ τούτων ἠξίουν τὴν Δημοσθένους δύναμιν ⟨τὰ κράτιστα ἐκλεγομένην συνυφαί-

---

eum sequuntur (de quibus v. infra) non elucet. Itaque coniectura usi contendimus tres ideas τὸ ἡδύ, τὸ μεγαλοπρεπές, τὸ δεινόν proprium efficere genus dicendi, ceteras trium omnium χαρακτήρων esse communes. Quae res manifesta fit, si ad Dionysii de Lysia iudicium oculos convertimus, ubi eae, quas supra conscripsimus, ideae omnes Lysiae (h. e. humili generi) adscribuntur praeter ἡδύ, μεγαλοπρεπές, δεινόν. Atque si reputamus Ciceronem (or. 79) τὸ μεγαλοπρέπές et τὸ ἡδύ ab humili genere abiudicare atque δεινότητα (or. 69) proprie generi sublimi attribuere, iam manifestum fit tres illas ideas iis dicendi generibus convenire, quae ἰσχνότητα excedant; h. e. τὸ ἡδύ efficere genus floridum reliquasque duas ideas respondere duabus speciebus illis sublimitatis (μεγαλοπρέπεια et δεινότης). Humile genus profecto propriam ideam nullam habet; itaque ei potissimum 'necessariae' illae virtutes adscribuntur (quas tamen etiam ceteros retinere oportet oratores) atque ex 'ascitis' duae (ἠθοποιία, ἐνάργεια); alteram quod denique attinet medii generis varietatem, 'philosophica' elocutio (μικτὴ λέξις) componitur ex necessariis virtutibus et sublimi ornatu (μεγαλοπρέπεια); itaque re vera temperatam ostendit μεσότητα. Huiusmodi expositio, ut diximus, apud Dionysium desideratur. Omnem enim rationem ea re pervertit, quod ex operis sui consilio efficere voluit Demosthenem suum ceteris scriptoribus, qui unum solum dicendi genus expolivissent, praestare 'communibus' virtutibus. Neque suam ipsius sententiam satis bene servavit: nam inter virtutes, quibus dicit Demosthenem 'idioticis' auctoribus praestare, non solum 'necessariae' inveniuntur ideae sed etiam eae, quae re vera ἴδιον πλάσμα efficiunt (pg. 204, 13—15 et 21). Porro non solum ἰδίας ἀρετὰς πλάσματος exhibet, sed etiam πλάσματα ipsa (pg. 204, 6 et 12 et 17) 'ideas' et 'χαρακτῆρας' male confundens.

νειν⟩[1]), πεφυκότα μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις παρακολουθεῖν πλάσμασι (b), κρατίστην δὲ ὄψιν ἔχοντα καὶ ἐκπρεπεστάτην ἐν τούτοις τοῖς χωρίοις (c). Εἰ δέ τις ἀξιώσει συκοφαντεῖν τὴν διαίρεσιν, ἐπειδὴ τὰς κοινῇ παρακολουθούσας πᾶσι τοῖς πλάσμασιν ἀρετὰς (b_1) τρίχα διανείμασα τὸ ἴδιον ἑκάσταις ἀποδίδωσιν (a_1), ἐκεῖνα ἂν εἴποιμι πρὸς αὐτόν, ὅτι, καθ' ὃ μάλιστα χωρίον ἑκάστη τῶν ἀρετῶν ὄψιν τε ἡδίστην ἔχει καὶ χρῆσιν ὠφελιμωτάτην (c_1), κατὰ τοῦτον τάττειν αὐτὴν ἀξιῶ.[2])

1) Textum mutilum supplevi.

2) Dionysius hic disputationem de idearum generumque dicendi ratione, quae olim initio libri legebatur, (itaque ex Theophrasti profecto mente conscripta erat) summatim refert: ibi omnes ideas ita divisit, ut uni ex tribus dicendi generibus eas assignaret ($a + a_1$), licet etiam a reliquis alienae non sint ($b + b_1$); denique eius divisionis rationem demonstravit ($c + c_1$). Atqui, quo modo Dionysius singulas ideas diviserit iam vidimus: τὸ μεγαλοπρεπές et τὸ δεινόν sublimi, τὸ ἡδύ medio, reliquas humili generi assignavit. Cum autem Dionysius in iis quae sequuntur (pg. 205, 13) dicit se pariter ideas (re vera in universum vigentes) singulorum scriptorum indoli subiecisse atque antea 'technographos' easdem ideas (σαφές, σύντομον, πιθανόν) orationis partibus (maximeque narrationi), haec defensio ipsius Theophrasti videtur esse, qui ex Aristotelis 'ideis' confecit χαρακτῆρας; 'τεχνογράφοι' enim illi iidem videntur esse, quorum praecepta de prooemio, narratione, probatione, conclusione Aristoteles in libro περὶ τάξεως (Rhet. III 13 sqq.) impugnat.

Itaque Theophrasti ex sententia 'χαρακτῆρες' sunt certorum scriptorum diversae scribendi προαιρέσεις; contra ideae non certum scriptorem ullum sed eloquendi universalem normam spectant; sed cum Isocrates maxime ἡδονήν, Demades maxime δεινότητα velit efficere, ut singulorum scriptorum χαρακτήρ describatur, ad ideas recurrendum est.

Theophrasti ideae partim etiam in Stoicorum receptae sunt

VII. *Posteriorum doctrina.*

Apud recentiores Theophrasti doctrina aut summatim decantatur[1]) *aut ab ea paullulum recedunt idque ita, ut floridum dicendi genus, quod re vera species est medii*[2]), *tribus generibus ut quartum adnumerant. Quae res primum apud Philodemum (vol. I pg. 164 Sudh.) occurit:* (Δι)α(ιροῦντα)ι δὲ αὐτὴ(ν) *(sc. custodiam eorum, quae ornatum sermonem efficiunt)* ε(ἰς) εἴδη (τρία τ)ρόπον, σχ(ῆ)μα, (πλάσμα)[3]) . . . . . pg. 165 πλάσμα δὲ τὸ (ἁδ)ρο(γρα)φίαν (ἔχο)ν (ἢ) ἰσχνότ(η)τα (ἢ) μ(εσότητα *suppl. Radermacher*) (ἢ) γλαφυρό(τητα)[4]); *recurrit apud Quintilianum (XII 10, 58); ʻtertium alii medium, alii floridum — namque*

---

doctrinam: nam apud Diog. Laert. VII 59 (fortasse ex Posidonii libro περὶ λέξεως εἰσαγωγή ibid. 60) haec Stoicis tribuuntur: ἀρεταὶ δὲ λόγου εἰσὶ πέντε· ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον, κατασκευή ubi complures ideas deesse vides. cf. etiam Rh. Gr. IV 36, 11 W.

1) Fronto pg. 54 Naber; Marcellinus, vita Thucyd. 39; Prolegomena in Platonis philosophiam cap. 17 (vol. VI pg. 211 Hermann); Rh. Gr. vol. VI pg. 553, 4 Walz; Emporius pg. 561, 7 Halm; Iulius Victor pg. 438, 8 Halm.

2) Proclus apud Photium cod. 239: ἀνθηρὸν δὲ κατ' ἰδίαν οὐκ ἔστι πλάσμα, ἀλλὰ συνεκφέρεται καὶ συμμέμικται τοῖς εἰρημένοις (potius dicendum erat: ʻτῷ μέσῳ'). Pariter Ps.-Plutarchus (de vita et poesi Homeri II 72 sq. vol. VII pg. 369 sq. Bern.) primo (cap. 72) vulgata tria exhibet genera, deinde (cap. 73) hoc persequitur modo: ʻὅτι δὲ καὶ ἀνθηρὸν εἶδος τῶν λόγων ἐστὶ πολὺ παρὰ τῷ ποιητῇ κ. τ. λ.' hic etiam tribus illis generibus τὸ ἀνθηρὸν ut εἶδος non ut γένος subiungitur.

3) Aut — ut usitatam adhibeamus terminologiam — ἐκλογήν, σύνθεσιν, χαρακτῆρα.

4) Γλαφυρότης nihil aliud est quam τὸ ἀνθηρόν, quod ea de causa minus apte (ut etiam apud Demetrium factum est) hic γλαφυρόν vocatur, quod floridi generis propria est γλαφυρὰ σύνθεσις.

id τὸ ἀνδηρόν appellant — addiderunt (sc. genus)' ex quibus, quae genuina fuerit doctrina satis certe cerni potest. Nullo loco ponendum est Ps.-Syriani testimonium (vol. I pg. 99, 16 Rabe): εἰ δὲ καὶ διενοήθησάν τινες ἐπιγράψαι τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὸ ποσὸν αὐτῶν συστεῖλαι τηναλλως ἐποίησαν ὧν εἷς ἐστιν ὁ Διονύσιος· οὗτος γὰρ τρεῖς εἶναι χαρακτῆράς φησι τὸν ἰσχνόν, τὸν μέσον, τὸν ἁδρόν· ὁ δ' Ἵππαρχος (?) προστίθησι τὸν γραφικὸν (?) καὶ τὸν ἀνθηρόν. ὁ δὲ Δημήτριος[1]) ἐκβάλλει τὸν γραφικὸν τοῖς τέτρασιν ἀρεσκόμενος.

VIII. *Ciceronis de tribus dicendi generibus excerptum Theophrasteum.*[2])

1. *Tria dicendi genera summatim enumerantur.*

a) or. § 20. Tria sunt omnino dicendi genera . . .[3])
1. nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt

---

1) Quae certe non ad libellum sub Demetrii Phalerei nomine nobis servatum pertinent.

2) Componimus haec ex 'oratore' et III 'de oratore' libro, de quorum argumentis, dispositione, fontibus Prolegomena adeas.

3) hic describuntur χαρακτὴρ ὑψηλός, ἰσχνός, μέσος atque quod iam supra (pg. 12 adn. 1) adnotavimus unicuique generis varietates duae subiciuntur. Ad τέλος enim sublimis generis (quod est 'permovere') et μεγαλοπρεπείᾳ perveniri potest et δεινότητι. Quae duae species praeterea ($\beta_1 + \alpha_1$) diversis compositionis generibus effici dicuntur: δεινότητι enim respondere videtur αὐστηρὰ σύνθεσις, μεγαλοπρεπείᾳ autem compositio artificiosior. Ad τέλος tenuis generis (quod est 'docere'; praecipua hic ἰδέα igitur σαφήνεια est non μεγαλοπρέπεια) pariter duplici ornatus ratione pervenitur: nam cum alii tenues scriptores ornatu omnino careant, alii ea in re magis similes sunt medii generis; itaque certum usque ad finem τὸ ἀνθηρόν et χάριν medii generis propriam praestant, ideoque etiam Dionysius (de Lys. c. 10) post ideas 'necessarias' illas vel 'communes' Lysiae χάριν

α) cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum (μεγαλοπρέπεια)

β) vehementes (δεινοί) copiosi, graves, ad permovendos et convertendos animos instructi et parati.

$β_1$) quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione (αὐστηρόν) neque perfecta atque conclusa.

$α_1$) alii levi et structa et terminata

2. et contra tenues acuti, omnia docentes et dilucidiora, non ampliora facientes, subtili quadam et pressa oratione limati

α) in eodem genere alii callidi, sed impoliti et consulto rudium similes et imperitorum.

β) alii in eadem ieiunitate concinniores id est faceti (χαρίεντες) florentes etiam et leviter ornati.

§ 21. 3. Est autem quidam interiectus inter hos medius et quasi temperatus nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum, vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps vel utriusque, si verum quaerimus, potius expers.

α) isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem

β) aut addit aliquos ut in corona flores omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit.

b) de oratore III 199: Sed etiam si habitum orationis

---

tribuit. Medio denique generi item species duae subiciuntur, quarum altera 'Peripatetica' hic sola compositionis ratione describitur ('aequabilitas' enim est compositio levis), altera est τὸ ἀνθηρόν.

et quasi colorem aliquem requiritis, est et plena quaedam sed tamen teres; et tenuis, non sine nervis ac viribus; et ea, quae particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur.

c) ibidem 212: itaque hoc loco nihil sane est, quod praecipi posse videatur, nisi ut figuram orationis plenioris et tenuioris et idem illius mediocris ad id, quod agemus, accomodatam deligamus.

2. De trium generum causa (περὶ αἰτίας χαρακτήρων)

a) or. § 36: sed in omni re difficillimum est formam, qui χαρακτήρ Graece dicitur, exponere optimi, quod aliud aliis videtur optimum ... varia sunt enim iudicia ut in Graecis nec facilis explicatio, quae forma maxime excellat ... Quid est quo praescriptum aliquod aut formulam exprimas, cum in suo quodque genere praestet et genera plura sint?[1])

---

1) Tria igitur dicendi χαρακτῆρες constituta sunt propter lectorum κρίσεων varietatem, cui (or. 52) scriptorum προαιρέσεων varietas respondet. — Atqui Cicero auctoris sui verba paullulum in usum convertit atque detorsit: Ciceroni enim cordi erat 'perfectum' λόγου χαρακτῆρα invenire, atque quo magis eluceat eius incepti difficultas varietatem illam commemorat. Sed is, quem sequitur, auctor sine dubio de 'perfecto dicendi genere' non cogitavit: res enim ipsa omnino absurda est: nam perfectionis notio (h. e. ἰδέα) spectat universales dicendi leges, cum dicendi genus (χαρακτήρ) pertineat ad litterarum ἐμπειρικὴν παρατήρησιν. Itaque apud auctorem illum certe varietas προαιρέσεων inducta est, ut appareret, cur omnino constituta essent tria illa dicendi genera. Ad Ciceronis vero ipsius inceptum προαιρέσεων diversitas haud quaquam apta est; Ciceronem enim eam oportebat ingredi viam, quam postea Hermogenes in libro περὶ ἰδεῶν monstravit, qui item 'perfecti'

b) or. § 52: quod quidem ego, Brute, ex tuis litteris sentiebam, non te id sciscitari, qualem ego in inveniendo et in conlocando summum esse oratorem vellem, sed id mihi quaerere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem: rem difficilem, di immortales, atque omnium difficillimam. Nam cum est oratio mollis et tenera et ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas, tum et naturae variae et voluntates (φύcεων et προαιρέcεων varietas) multum inter se distantia effecerunt genera dicendi: . . . § 53 elaborant alii in lenitate et aequabilitate et puro quasi quodam et candido genere dicendi; ecce aliqui duritatem et severitatem quamdam (δεινότηc) in verbis et orationis quasi maestitiam sequuntur; quodque paulo ante (or. 20, 21) divisimus, ut alii graves, alii tenues, alii temperati vellent videri, quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur.[1])

---

oratoris exprimere studet imaginem, sed eam ad rem non χαρακτῆραc adhibet (quos simul omnes consequi nemo potest) sed ἰδέαc. Contra ad Theophrasti mentem atque rationem προαιρέcεων varietas perquam apta est. Itaque non Cicero totam rem excogitavit, sed auctor eius Theophrastus, cuius solius intererat χαρακτήρων αἰτίαν ostendere. Atque Ciceronem his in rebus parum vidisse ea ex re elucet, quod 'formam optimi' (h. e. ἰδέαν) idem esse dicit atque χαρακτῆρα.

1) Locus ipse ostendit haec et cum § 36 et cum §§ 20, 21 artissime cohaerere. Ex Ciceronis ipsius dispositione §§ 51—53 περὶ λέξεωc agitur, qua autem inscriptione verum auctoris sui argumentum non satis accurate significat. Re vera eadem res exponitur atque § 36: varietas προαιρέcεων causa erat, ob quam tria dicendi genera constituta sunt.

Idem argumentum exponitur de or. III §§ 25—36, quam partem Cicero ipse 'de universo genere dicendi' inscribit; dicitur enim varia dicendi genera esse constituenda propter φύσεων, κρίσεων, προαιρέσεων diversitates, atque primo (§ 25) unam φύσιν dissimilibus inter se sensibus varie affici: qua ex re transitus fit ad artem fingendi et picturae, ubi varietas artificum in dispari genere praestantium ostenditur; deinde (§ 27) proceditur ad artes loquentes (poëtas atque oratores); Aeschylus, Sophocles, Euripides commemorantur, quibus 'omnibus par paene laus in dissimili genere scribendi' tribuatur. Tum (§ 28) demonstratur 'quid intersit inter oratorum studia atque naturas' (προαιρέσεις καὶ φύσεις): suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit'.[1] *atque exemplis Latinis datis (§§ 29—33) tota disputatio summatim denique comprehenditur § 34, ubi dicitur: quot oratores, totidem paene reperiri genera dicendi.*

3. Φύσεων et προαιρέσεων varietas historice demonstratur (περὶ γενέσεως χαρακτήρων).

Cicero ante oculos habuit historiam Graecorum prosae orationis a Theophrasto confectam eo consilio, ut demonstraretur primum apud Graecos γραφικὴν λέξιν artificiose esse expolitam, post eam autem magis magisque ἀγωνιστικῆς λέξεως crevisse auctoritatem, tum rursus γραφικὴν λέξιν maiorem in usum venisse; simul Theophrastus ostendit trium dicendi generum et εὑρετὰς et τελειωτάς, qua quidem re demonstravit re vero subesse φύσεων et προαιρέσεων diversitates. Theophrasti autem historia ex tribus Ciceronis libris (orat. 37—42; de orat. II 93—95; Brutus 27—38) restituenda est.

Γραφικῆς et ἀγωνιστικῆς λέξεως differentia (de qua cf. Aristot. Rhet. III c. 12 pg. 1413 B 9; 1414 A 8—19) exponitur or. §§ 37, 38:

---

1) Quibus verbis προαιρέσεων varietas historica, ut ita dicam, atque empirica ratione ostenditur exemplis ex historia eloquentiae sumptis; quam rem in 'oratoris' §§ 37—42 recurrere mox videbimus.

'Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diversa neque in unam formam cadunt omnia, laudationum scriptionum et historiarum[1]) et talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum mul tique alii qui sunt nominati sophistae, reliquarumque rerum formam, quae absunt a forensi contentione, eiusque totius generis, quod Graece ἐπιδεικτικόν nominatur, quod quasi ad inspiciendum (θεωρίας ἕνεκα) delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore[2]); non quo neglegenda sit; est enim illa quasi nutrix[3]) eius oratoris, quem informare volumus et de quo molimur aliquid exquisitius dicere.

Ab hac et verborum copia alitur (quod pertinet ad ἐκλογὴν ὀνομάτων) et eorum constructio (σύνθεσις) et numerus (ῥυθμός) liberiore quadam fruitur licentia. § 38 Datur enim venia concinnitati sententiarum (σχήματα διανοίας) et arguti certique et circumscripti ver-

---

1) 'Scriptiones' laudationum et historiarum sunt orationes 'panegyricae' et historiae γραφικῇ λέξει conscriptae. Technicum terminum Graecum satis infelice Cicero in Latinum sermonem vertit. Γραφικῇ λέξει praeterea adnumerantur 'suasiones panegyricae' atque omnino eae res, 'quae absunt a forensi contentione' (ἀγωνιστικὴ λέξις).

2) Cum Cicero dicit se 'formam scriptionum' (γραφικὴν λέξιν) et formam reliquarum rerum, quae absint a forensi contentione (h. e. aliena sunt ab elocutione agonistica; rursus igitur γραφικὴ λέξις significatur) 'hoc tempore complecti nolle', id prorsus nullius momenti est. Immo vero inde a § 39 γραφικὴ λέξις satis accurate describitur, cum ἀγωνιστικῆς λέξεως expositio in 'oratore' prorsus interierit atque ex Bruto et II de oratore libro supplenda sit.

3) h. e. γραφικὴ λέξις prima apud Graecos artificiose expolita est.

borum ambitus (περίοδοι) conceduntur, de industriaque non ex insidiis sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant (πάρισον), ut crebro conferantur pugnantia comparenturque contraria (ἀντίθετον) et ut pariter extrema terminentur (ὁμοιοτέλευτον) eumdemque referant in cadendo sonum (ὁμοιόπτωτον)[1]); quae in veritate causarum (ἀγωνιστικὴ λέξις) et rarius multo facimus et certe occultius.

In Panathenaico (§ 2) autem Isocrates se ea studiose consectatum fatetur; non enim ad iudiciorum certamen (ἀγωνιστικὴ λέξις) sed ad voluptatem aurium (γραφικὴ λέξις) scripserat.

Sequitur ipsa Graecorum prosae orationis historia atque primum γραφικὴ λέξις describitur:

or. § 39. Haec tractasse Thrasymachum Calche-

Brutus § 30.[2]) Sed ut intellectum est, quantam vim

---

1) Hic accuratius describitur 'forma scriptionum' respiciunturque ἐκλογή, σύνθεσις, ῥυθμός, σχήματα διανοίας, περίοδοι, σχήματα λέξεως. Pariter in Bruto (§§ 32—34), ubi Isocratis enumerantur inventa, γραφικῆς λέξεως natura accuratius describitur. agitur enim de rhythmo prosae orationis ('intellexit . . . etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere servari'). Deinde docentur historice de rhythmo nonnulla, qui dicitur primum φύσει tum etiam propter technicam παρατήρησιν magis magisque in usum venisse (Brut. § 34). Nam φύσιν ipsam rhythmum periodosque efficere dicitur eiusque rei causam esse ἄλογον αἴσθησιν aurium atque ipsum oratoris πνεῦμα. Quae omnia praeclaram Theophrasti doctrinam exhibere suo loco videbimus.

2) Quae in de or. II 93 et in Bruto §§ 27—29 historiae huius initium efficere videntur, nullo omnino loco ponenda sunt: nam historiae, quam re vera inde a Peloponnesiaci belli temporibus (anno a. Chr. n. 427 Gorgias Athenas venit) Ciceronis

donium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phaedro (pg. 266 E) Socrates; quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta et versiculorum similia quaedam nimiumque depicta. Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles; quorum aetas habeat accurata (ἀκριβής) et facta quodam modo oratio (γραφικὴ λέξις), tum etiam magistri dicendi multi subito extiterunt. Tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Calchedonius ... in honore magno fuit.

auctor enarraverat, mythicum, ut ita dicam, fontem et caput homo nescio quis voluit ostendere. Atque 'oratorum' illorum, qui vel inde a sexto a. Chr. n. saeculo enumerantur, interpolatorem illum genuinas orationes non legisse ex Ciceronis ipsius verbis perspicitur. Quid quod ex pentecontaetiae aetate ii enumerantur 'oratores', quorum orationes exstant in Thucydidis historia (Pericles, Alcibiades, Cleon)? Causa autem, cur πολιτικοὶ huc sint inducti, nobis videtur esse haec: Ciceronis tempore vigebant enumerationes πολιτικῶν illustrium, qui aut philosophos aut rhetoràs audivissent, eum ad finem confectae, ut demonstraretur διδακτὴν εἶναι τὴν πολιτικήν. Huiusmodi series exstat apud Ciceronem de or. III §§ 138 sq.; ibi legimus Pisistratum fuisse litteris instructum, Periclem Anaxagorae, Critiam Alcibiademque Socratis fuisse discipulos. Quorum nomina etiam hic occurrunt. Alteram eiusmodi seriem praebet Philodemi hypomn. vol. II pg. 212 sq. Sudh., ubi Pisistrati, Clisthenis, Themistoclis, Periclis, Alcibiadis nomina, quae item hic enumerantur, extant; atque huiusmodi seriem 'oratorum' politica scientia instructorum hominem illum ante oculos habuisse dixerim.

cum in eorum tempora quos nominavi incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis[1]) afuerunt. Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur et de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum[2]); primisque ab his, ut ait Theophrastus (fr. XXI S), historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere.

or. § 40. Horum aetati successit Isocrates, qui praeter ceteros eiusdem ge-

Brut. § 32. Extitit igitur ... Isocrates ... magnus orator ... quamquam foren-

1) Certo Ciceronis auctor in animo habet Gorgiae et Thrasymachi inventa: ille enim primus 'Gorgiana' illa σχήματα invenit (or. 165—167, 175; Timaeus apud Diodorum XII 53, 3; Dionys. Hal. de Lysia c. 3 vol. I pg. 10, 21 U.-R.) hic rhythmum artificiosum (or. 175). Quae inventa si 'ineptiae' vocantur, id plane consentit cum Theophrasti fr. II S (Dionys. de Lys. c. 14 vol. I pg. 23, 19 U.-R.).

2) Cum de Herodoto dicitur 'sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit', his verbis, ut videtur, medium significatur genus, cui (or. 21) adscribitur: 'facilitas et aequabilitas dicendi'. Thucydidi contra sine dubio ὕψος adscribitur. Compositionis 'aequabilis' exemplum Herodotus etiam apud Dionysium est (de Dem. c. 4, de comp. verb. c. 3, 4) medium generis exemplum ponitur de Thucyd. c. 23 vol. I pg. 360, 12 sqq. U.-R.

neris laudatur ... nam cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse, Theodorus autem praefractior nec satis, ut ita dicam, rotundus, primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias.

In quo cum doceret eos, qui partim in dicendo (ἀγωνιστική λέξις) partim in scribendo (γραφική λέξις) principes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiae est.

Sequitur Platonis de Isocrate iudicium (Phaedrus

si luce caruit (γραφική λέξις).

de orat. II 94 Ecce tibi est exortus Isocrates magister istorum omnium, cuius e ludo, tamquam ex equo Troiano, meri principes exierunt. Sed eorum partim in pompa (γραφική λέξις), partim in acie (ἀγωνιστική λέξις)[1]) illustres esse voluerunt.

1) Cum fictis athletarum dimicationibus opponitur vera militum pugna, sine dubio illud γραφικήν sophistarum, hoc ἀγωνιστικήν politicorum significat λέξιν. Quae metaphorica rerum significatio non minus quam tota doctrina antiquum mihi videtur redolere Peripatum. Iam enim Cleochares Myrleensis (apud Phot. cod. 176 pg. 121, 39 Bekker) Demosthenis orationes militum, Isocratis declamationes athletarum corporibus similes esse dixit. Eandem rem habemus apud Ciceronem de or. I 81 et Dionysium de Dem. c. 32 (vol. I pg. 200, 21 U.-R.).

pg. 279 A) atque tum γραφικὴ λέξις iterum sic describitur (§ 42): Dulce igitur orationis genus et solutum et fluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro. Sed quod educata huius (sc. γραφικῆς λέξεως) nutrimentis eloquentia et ipsa se postea colorat et roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Verum haec ludorum atque pompae (γραφικὴ λέξις); nos autem iam in aciem dimicationemque (ἀγωνιστικὴ λέξις) veniamus.[1)]

de or. II 94 atque et illi (h. e. γραφικοὶ historici)

1) Γραφικὴ λέξις et hic et § 37 'nutrix' esse dicitur eorum, quae post fuerint, oratorum. Itaque huius forma primum apud Graecos artificiose elaborata est.

Ceterum non solum hic, sed etiam in § 40 manifesto transitus fit a graphica ad agonisticam elocutionem: illic enim Isocratis γραφικοί et ἀγωνιστικοί discipuli distinguuntur, hic profecto dicitur pertractata graphica elocutione ad agonisticam esse procedendum. Cum autem eo ipso loco tota historia elo-

Brutus § 35: Tum fuit Lysias ipse, quidem in causis forensibus (ἀγωνιστικὴ λέξις) non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans.[2]

Perfectum ... Demosthenem facile dixeris. § 36: Huic Hyperides proxumus et Aeschines fuit et Lycurgus et Dinarchus et is, cuius nulla extant

Theopompi, Ephori[1]), Philisti, Naucratae multique alii, naturis (φύσει) differunt, voluntate (προαιρέσει) autem similes sunt.

et hi qui se ad causas (ἀγωνιστικὴ λέξις) contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus aliique complures ....

---

quentiae foede interrumpatur (§§ 43 sqq. agitur περὶ εὑρέσεως) manifestum est Ciceronem in 'oratore' primam tantum partem eius historiae (quae est περὶ γραφικῆς λέξεως) exhibere. Altera itaque pars ex 'Bruto' et II 'de oratore' libro supplenda est.

1) Ephori περὶ λέξεως librum Theophrastum respexisse ex 'oratoris' locis §§ 91 et 218 agnoscemus; porro Theopompi ψυχρότης saepius a Demetrio (27, 75, 240, 247, 250) reprehenditur, quem exempla permulta Theophrasto debere notum est. Uterque autem occurrit apud Ciceronem de or. III 36, qui locus in sententiarum connexu aperte Theophrasteo occurrit: 'Cuius (h. e. φύσεων et προαιρέσεων varietatis) est vel maxime insigne illud exemplum ... quod dicebat Isocrates ... se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere.

2) Lysias itaque quasi medium locum obtinet inter γραφικὴν et ἀγωνιστικὴν λέξιν.

scripta, Demades, aliique plures.

omnes sunt in eodem veritatis imitandae genere (ἀγωνιστικὴ λέξις) versati. Quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque (ἀγωνιστικὴ λέξις) vixit.

Brut. § 37: Phalereus enim successit ... sed non tam armis institutus quam palaestra (γραφικὴ λέξις) ... Processerat enim in solem et pulverem non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti doctissumi hominis umbraculis; hic ... suavis .... videri maluit quam gravis.[1])

95 Postea ... alia quaedam dicendi ... genera viguerunt. Inde Demochares, tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum mea sententia politissimus, aliique horum similes extiterunt.

1) Itaque Ciceronis auctor docuit per Graecorum eloquentiae historiam γραφικήν et ἀγωνιστικὴν λέξιν mutua, ut ita dicam, διαδοχῇ sese in vicem excepisse. Atque cum ex Dionysii scriptis eluceat (cf. Prolegg. pg. IX adn. 2) ὕψους exempla Gorgiam atque Thucydidem, exempla medii generis Thrasymachum atque Isocratem (qui hic etiam 'inventoris' atque 'perfectoris' muneribus funguntur), Lysiam denique humilitatis exemplum Theophrasto eum debere, manifestum est totam hanc historiam ex Theophrasto fluxisse, praesertim cum auctoris nomen (§ 39) a Cicerone ipso suppeditetur. Thrasymachum enim accurate tractavit Theophrastus eique sine dubio non solum μικτῆς λέξεως (fr. IV S) et στρογγυλότητος (fr. III S) sed etiam ῥυθμοῦ inventionem adscripsit; itaque ex Theophrasto fluxit Ciceronis locus

Ad haec addenda sunt Theophrasti de Demosthene et Demade iudicia [1]):

---

or. 175 de inventione numerorum praetereaque quod eodem loco legitur de Gorgia σχημάτων inventore. De solo Theodoro possit dubitari, sed etiam tertium λογοδαίδαλον Theophrastum tractasse ea ex re elucet, quod ei (or. 40) στρόγγυλον, quam virtutem Theophrastus fr. III S tractavit, abiudicatur ('Theodorus autem praefractior nec satis, ut ita dicam, rotundus').

Cum autem certissimum sit γραφικούς illos scriptores Theophrastum enumerasse, ad ἀγωνιστικὴν λέξιν quod attinet, hucusque (cf. Blass, att. Bereds. II² 119) creditum est forenses oratores Theophrastum omnino non respexisse. Attamen constare nobis videtur eum Hyperidem ἰσχνότητος posuisse exemplum, ὕψους autem, Demosthenem, Aeschinem, Demadem. Eorum autem, qui post forenses illos oratores eloquentia claruerunt, praecipue in deliciis habuisse videtur Demetrium Phalerea, suae ipsius doctrinae viventem imaginem exemplumque disertum, quem μεσότητος illius Peripateticae 'canona' posuit perfectissimum (or. 92, 94). Contra Quintilianus X 1, 33 Demetrio 'versicolorem illam vestem' tribuit, quam Theophrastus (Voll. Herc. Coll. pr. VI 15) dederat Bioni.

1) Forenses oratores quod attinet certissima Theophrasti studiorum habemus vestigia. Nam praeclarissimum eius de Demosthene et Demade iudicium nobis tradidit Ariston Ceus Peripateticus (ut videtur in libello, qui inscriptus erat πρὸς τοὺς ῥήτορας) cuius verba servavit Plut. vit. Dem. c. 10. Atque Aristonem non ἀπόφθεγμα tantum Theophrasti tradere sed re vera Theophrasti περὶ λέξεως libro esse usum apparet ex Plutarchi praeceptis gerendae rei publicae, ubi una cum narratiunculis illis clarorum oratorum infamantium memoriam (quales in Aristonis libro πρὸς τοὺς ῥήτορας fuisse verisimile est) Theophrasti occurrit doctrina. Ex. gr. cap. 6 pg 802 F recurrit Theophrasti fr. XXIII S [= Quint. III 2, 68]). Nam Aristonem etiam in 'praeceptis' Plutarchi auctorem fuisse apparet ex cap. 7 extr. (pg. 803 E = de Demosth. c. 10) atque pg. 804 E (vol. V 77, 1 Bern.) totiusque libri ratione; ad Demosthenem

Plutarchus vita Demosth. c. 10: πλὴν τόν γε Δη-

---

etiam pertinet praec. ger. rei publ. c. 8 pg. 804 A ubi non solum quae de Alcibiade, sed etiam quae de Demosthene dicuntur manifesto ex Theophrasto sunt hausta. Qui loci, quorum prior lucem accipit ex altera ita sane coniungendi sunt ut dicamus: Theophrastum Demadem anteposuisse Demostheni ea de causa, quod ille, qua erat dicacitate et celeriter ex tempore respondendi facultate hunc saepissime vincebat, cum Demosthenes, pro ingenii sui tarditate plerumque obmutescere sit coactus. Atque cum 'τὸ μὴ ἀναγκάζεσθαι κατασιωπᾶν' ex Aristotelis doctrina (pg. 1413 B 5) vel peculiarem efficiat agonistici oratoris facultatem et vim, specialiter dici potest: Theophrastum censuisse Demadem ea ipsa in re, quae maxime constituit agonistici oratoris auctoritatem, Demostheni praestitisse.

Demosthenem atque Demadem Theophrastus sublimi adscripsit generi idque speciei eius, quae δεινότης vocatur. Δεινότητα enim praecipue Demostheni tribuit Cic. de or. III 28, cuius rei testimonia etiam apud Dionysium (vol. I 95, 10; 111, 6; 123, 21; 305, 17; 306, 24; vol. II 247, 9) — licet iterum iterumque clamet tribus omnibus generibus Dionysium esse usum — auctorem περὶ ὕψους (Rh. Gr. vol. I pg. 128, 3 et 160, 13 Sp.-H.), Quintilianum (VI 2, 14; X 1, 76 et 108; XII 10, 23) habes; praetera in Demetrii περὶ ἑρμηνείας libro praecipua δεινότητος exempla sunt Demosthenes atque Demades; accedit id quod Demadis exempla (Demetr. 282—285) sine dubio Theophrasto debentur, cum iam Ciceronis (Brut. 36) temporibus Demadis scripta nulla extarent.

Quod denique Aeschinem atque Hyperidem attinet, illi τόνον huic χάριν tribuisse Theophrastum elucere videtur ex Cic. de or. III 28. Praeterea δεινότητος exemplum Aeschines est apud Demetrium 267 sq., Hyperidis χάρις laudibus extollitur a Demetrio Magnete (apud Dionys. de Din. c. 1 vol. I pg. 298, 6 U.-R.) cf. π. ὕψ. c. 34, 2 et Dionys. περὶ μιμήσεως fr. VI. In ancipiti autem quaestio est quod Lycurgum attinet atque Dinarchum, de quibus ante Atticismi aetatem nullum extat iudicium, neque quidquam omnino de eorum dicendi generibus

μάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι καὶ παραφέρειν αὐτοσχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς. Ἀρίστων δ' ὁ Κεῖος (codd.: Χῖος) καὶ Θεοφράστου τινὰ δόξαν ἱστόρηκε περὶ τῶν ῥητόρων· ἐρωτηθέντα γάρ, ὁποῖός τις αὐτῷ φαίνεται ῥήτωρ ὁ Δημοσθένης εἰπεῖν 'ἄξιος τῆς πόλεως', ὁποῖος δὲ Δημάδης 'ὑπὲρ τὴν πόλιν'.

Plutarchus praec. ger. reipubl. c. 8 pg. 804 A: Δεῖ δ' ὅμως καὶ πρὸς τὰς ἀπαντήσεις τὸν λόγον εὔστροφον ἔχειν καὶ γεγυμνασμένον· ὀξεῖς γὰρ οἱ καιροὶ καὶ πολλὰ φέροντες ἐν ταῖς πολιτείαις αἰφνίδια· διὸ καὶ Δημοσθένης ἠλαττοῦτο πολλῶν, ὥς φασι, παρὰ τὸν καιρὸν ἀναδυόμενος καὶ κατακνῶν· Ἀλκιβιάδην δ' ὁ Θεόφραστος ἱστορεῖ μὴ μόνον ἃ δεῖ λέγειν ἀλλὰ καὶ ὡς δεῖ βουλόμενον πολλάκις ἐν αὐτῷ τῷ λέγειν ζητοῦντα καὶ συντιθέντα τὰς λέξεις ἐνίσχεσθαι καὶ διαπίπτειν.

4. Προαιρέσεων varietas per εἴδη demonstratur.[1])

or. § 62. Quamquam . . . philosophi quidam ornate locuti sunt . . .[2]), tamen horum oratio neque nervos

---

veterum ex mente statui licet. Itaque contenti erimus ea enumeratione, quam Cic. de or. III 28 ex Theophrasto ut videtur praebet; eandem seriem habet Quint. X 1, 76—80 (agmen claudit Demetrius Phalereus).

1) Postquam historice demonstrata est προαιρέσεων varietas (§§ 37—42) nunc exponitur suum quodque litterarum εἶδος poscere genus dicendi. Itaque iam rerum conexus ipse Theophrasti ostendit ingenium. — Cicero hic etiam verum auctoris sui argumentum occultat; id enim egit, ut a philosophorum, sophistarum, rerum scriptorum, poetarum dicendi generibus 'perfectum' oratorem seiungeret.

2) Exemplis utitur Theophrasto, Aristotele, Xenophonte, Platone.

(τόνος) neque aculeos oratorios ac forenses (ἀγωνιστικὴ λέξις) habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt quam incitare, et de rebus placatis ac minime turbulentis docendi causa non capiendi loquuntur .... 64 mollis est enim oratio philosophorum ... nec vincta numeris sed soluta liberius[1]) ... itaque sermo (διάλογος) potius quam oratio dicitur.

65 Sophistarum ... magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differunt quod, cum sit his propositum non ... tam persuadere quam delectare, et apertius id faciunt quam nos et crebrius (cf. § 38) ...[2])

66 Huic generi historia[3]) finitima est, in qua et narratur ornate et regio saepe aut pugna describitur; interponuntur etiam contiones et hortationes, sed in his tracta quaedam et fluens expetitur (γραφικὴ λέξις), non haec contorta et acris oratio (ἀγωνιστικὴ λέξις).

... Etiam poetae[4]) quaestionem attulerunt, quid-

1) cf. Demetr. § 21 διαλογικὴ δέ ἐστιν περίοδος ἡ ἔτι ⟨μᾶλλον suppl. Arnim⟩ ἀνειμένη καὶ ἁπλουστέρα τῆς ἱστορικῆς (exemplum sequitur Platonis rei publicae initium).

2) Sophistis (h. e. λογοδαιδάλοις illis Gorgiae, Thrasymacho, Theodoro, Isocrati) proprie tribuitur τὸ ἀνθηρόν atque (in iis quae sequuntur) digressiones, metaphorae, fabulae (cf. Demetr. § 157), σχήματα, πάρισα, ἀντίθετα, ὁμοιοτέλευτα. — Atque non solum hoc ex Theophrasti mente fit, sed etiam id quod philosophorum τέλος dicitur esse 'docere', sophistarum τέλος 'delectare; de generum dicendi 'finibus' enim infra videbimus.

3) Historiam sine dubio is commemoravit, qui de Herodoto Thucydideque egit.

4) Poëtarum lectionem Theophrastus (fr. XX S = Quint. X 1, 27) plurimum dicit oratori conferre.

nam esset illud, quo ipsi different ab oratoribus: numero (ῥυθμός) maxime videbantur antea et versu (μέτρον), nunc apud oratores iam ipse numerus increbuit. 67 Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu — nam id quidem orationis est vitium — numerus vocatur, qui Graece ῥυθμός dicitur.[1]) Itaque video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum; apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cotidiani dissimile sermonis.[2])

Nec tamen id (sc. μέτρον) est poëtae maximum, etsi est eo laudabilior, quod virtutes oratoris persequitur, cum versu sit astrictior. 68 Ego autem, etiam si quorumdam grandis et ornata (μεγαλοπρεπής) vox est poëtarum, tamen in ea cum licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum (ὀνοματοποιία)[3]), tum etiam nonnullorum voluntati (προαίρεσις) vocibus magis quam rebus inserviunt; nec vero, si quid est unum inter eos simile — id autem est iudicium electioque verborum (ἐκλογὴ ὀνομάτων) — propterea ceterarum rerum dissimilitudo intellegi non potest.[4])

---

1) Haec Theophrasti exhibere doctrinam constat. cf. pg. 91.

2) Haec artissime cohaerent cum or. 184, qui locus locupletem Theophrasti exhibet doctrinam.

3) Haec spectant ad διθυραμβικά illa ὀνόματα ab Aristotele saepius exagitata, quae etiam Theophrastus (Demetr. 91) oratores vetuit adhibere.

4) Praeter διάλογον, ἱστορίαν, ἐπίδειξιν etiam ἐπιστολὴ gra-

5. De trium dicendi generum finibus.
(περὶ τελῶν λόγου χαρακτήρων).

a) or. 69 Erit igitur eloquens[1]) is qui in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet ut flectat. Probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriae ... sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi: subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo; in quo uno vis (δεινότης) omnis oratoris est.[2])

---

phicae elocutioni adscribenda est; Theophrasti de epistulis scribendis doctrinam servavit Demetrius π. ἑρμ. 223—235 (cf. App. pg. 209 sqq.).

1) Hic etiam Ciceronem 'perfectum' illum oratorem in mente habet, quae res nobis prorsus neglegenda est.

2) Tribus dicendi generibus hic non solum diversa officia (ἔργα) assignantur (probare delectare flectere) sed etiam fines (τέλη): necessitas, suavitas, victoria. Itaque humilem oratorem oportet necessitati studere, medium suavitati, sublimem victoriae. Atque luce clarius est hic etiam Theophrasto usum esse Ciceronem: illum enim putandum esse ex ea re, quod tria sint oratoris τέλη, effecisse tria genera dicendi esse constituenda.

Affirmari autem potest haec τέλη a Theophrasto esse constituta: ἀνάγκη, ἡδονή, κάλλος. Nam aliis Ciceronis locis una ex parte 'necessitas' et 'voluptas' (= suavitas) sibi opponuntur (or. 186; de or. III 155), altera ex parte 'voluptas' et 'species' (κάλλος; de or. III 98; cf. Quint. VIII 3, 11). Plenissimus de ea re locus est or. III 178, ubi tria τέλη occurrunt; utilitas (= necessitas), dignitas (= species), venustas (= voluptas). Nam utilitati non solum ἡδονήν, sed etiam τὸ καλόν fuisse appositum elucet ex loco Dionysii de comp. verb. c. 10 (vol. II pg. 36, 15 sqq. U.-R.): 'καὶ μὴ παράδοξον ἡγήσηταί τις, εἰ δύο ποιῶ τέλη καὶ χωρίζω τὸ καλὸν ἀπὸ τῆς ἡδονῆς κ. τ. λ.'

Cicero quidem pro 'specie' hoc loco posuit 'victoriam' (τὸ ἐπιτυχεῖν, τὸ κατόρθωμα) nimis generalem notionem.

or. III 200[1]) Tum denique hic nobis orator ita conformandus est et verbis et sententiis, ut, quemadmodum qui utuntur armis aut palaestra non solum sibi vitandi aut feriundi rationem esse habendam putent, (significatur τέλος utilitatis), sed etiam ut cum venustate (τέλος ἡδονῆς) moventur . . . (cetera verba textus lacuna interierunt).

Ad doctrinam περὶ τελῶν pertinent etiam de or. III 96—103: ibi enim ab ipsa generum dicendi notione Cicero exorditur 96: 'ornatur igitur oratio genere primum et quasi colore quodam . . . nam ut gravis ut suavis . . . ut admirabilis, ut polita non est singulorum articulorum . . . 97 genus igitur dicendi est eligendum, quod maxime teneat eos, qui audiant (τέλος ἀνάγκης) et quod non solum delectet (τέλος ἡδονῆς), sed etiam sine satietate delectet'.[2])

Doctrinae περὶ τελῶν vestigia exhibet etiam Quintiliani (l. VIII) excerptum Theophrasteum: iam enim in praefatione ipsa (§§ 18—22) habes notiones ἀνάγκης et κάλλους exponiturque (§ 19) eadem quae utilitatem conferant etiam speciem praebere. Praeterea in § 33 vestigium latet κάλλους et ἡδονῆς. Atque multo apertius VIII 3, 1—11 τέλη illa argumento sunt: nam in § 2 'utilitas' opponitur speciei[3]), *in § 5 exponitur τέλη*

---

1) Haec sequuntur trium dicendi generum enumerationem (§ 199) v. supra pg. 24.

2) Ceterum ibi sententia procedit a notione τελῶν ad vitia exponenda: docemur enim maxime, cum ἡδονήν atque κάλλος oratores velint efficere, virtutibus propinqua esse vitia. A 'finibus' orationis ad 'vitia' etiam in Quintiliani excerpto, quod huic respondet, proceditur; cf. praecipue de or. III 103 et Quint. VIII 3, 6.

3) 'Denique omnia haec ad utilitatem causarum solam referenda sunt, cultu vero atque ornatu se quoque commendat ipse, qui dicit . . . nec fortibus modo sed etiam fulgentibus armis proeliatur.'

utilitatis et speciei quodammodo esse coniuncta.[1] *Quae sententia usque ad § 10 exemplis fulcitur atque expresse initio § 11 repetitur: 'numquam vera species ab utilitate dividitur'.*[2]

6. De trium dicendi generum usu.
(Περὶ χρήσεως λόγου χαρακτήρων).

or. § 70 Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripertitae varietatis; nam et iudicabit quid cuique (sc. causae) opus sit et poterit quocumque modo postulabit causa dicere . . .

§ 71 Quod (sc. τὸ πρέπον) et in re, de qua agitur, positum est et in personis et eorum qui dicunt et eorum, qui audiunt . . . .

§ 72 Quam enim indecorum est, de stillicidiis cum apud unum iudicem dicas

de or. III 212 Itaque hoc loco nihil sane est, quod praecipi posse videatur, nisi ut figuram orationis (λόγου χαρακτῆρα) plenioris et tenuioris et item illius mediocris ad id, quod agemus, accommodatam deligamus.

210 Id quidem perspicuumst, non omni causae nec auditori neque personae . . . congruere orationis unum genus.

cf. Aristot. Rhet. III c. 7 pg. 1408 A 12: τὸ δὲ ἀνάλογόν ἐστιν ἐὰν μή τε περὶ

---

1) Sed ne causae quidem parum (sc. utilitatis) conferat hic orationis ornatus nam qui libenter audiunt et magis attendunt et facilius credunt, plerumque ipsa delectatione (ἡδονή) capiuntur, nonnumquam admiratione (κάλλος) auferuntur'.

2) Quodsi in § 6 legitur: 'eloquentiam, quae admirationem non habet, nullam iudico; eandem Aristoteles quoque petendam maxime putat' Quintilianus locum dicit Aristotelis Rhet. III c. 2 pg. 1404 B 10 διὸ δεῖ ποιεῖν ξένην τὴν διάλεκτον· θαυμασταὶ γὰρ τῶν ἀπόντων εἰσὶν ἡδὺ δὲ τὸ θαυμαστόν ἐστιν.

amplissimis verbis ... uti ... de maiestate populi Romani summisse et subtiliter.

§ 74 ... illud quidem perspicuum est non modo partes orationis, sed etiam causas totas alias alia forma dicendi (λόγου χαρακτήρ)[1]) esse tractandas.[2])

εὐόγκων αὐτοκαβδάλως λέγηται, μήτε περὶ εὐτελῶν cεμνῶc.

Doctrinam de usu generum dicendi habet etiam Quintiliani excerptum Theophrastum paullo supra commemoratum (VIII 3, 11—14). Ibi enim[3]) *singula genera dicendi diversis materiis*

---

1) Hic ut in § 36 ('formam quod χαρακτήρ Graece dicitur') Cicero inter ἰδέαc (quae sunt revera dicendi 'formae') et χαρακτῆραc non satis distinxit.

2) Hic sine dubio Ciceronis auctoris sententia haec est: etiam causarum argumentorumque diversitas diversa effecit dicendi genera; quae diversitatis ratio ita habenda est, ut generum dicendi usus causarum proprietati accommodatus sit. Atque hic Theophrasti subesse doctrinam extra ullam dubitationis lineam positum est. nam or. 71 (= de or. III 210) exhibet Aristotelis doctrinam (Rhet. III c. 7 init.): τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξιc ἐὰν ᾖ παθητική τε (quod pertinet ad auditores; πάθοc est enim 'τὸ τοὺc ἀκροωμένουc διαθεῖναί πωc') καὶ ἠθικὴ (ethos positum est in persona τοῦ λέγοντοc) καὶ τοῖc ὑποκειμένοιc πράγμαcιν ἀνάλογοc. Quam Aristotelis doctrinam Theophrastum scimus in usum suum convertisse; Theophrasti enim scientia (ut iam Radermacher Mus. Rhen. LIV 376 vidit) recurrit apud Dionysium de Lysia c. 7 vol. I pg. 16, 17 U.-R.

3) § 11 Aristotelis ex sententia inter γραφικὴν et ἀγωνιcτικὴν λέξιν distinguitur: 'Illud genus ostentationi compositum solam petit audientium voluptatem ... ut quod non insidietur nec ad victoriam, sed ad solum finem laudis et gloriae tendat ... § 13 At ubi res agitur et vera dimicatio est, ultimus sit famae locus.'

ita accommodantur (§ 14): nam in suadendo sublimius aliquid senatus, concitatius (δεινός) populus, et in iudiciis publicae capitalesque causae poscunt accuratius dicendi genus (cf. Aristot. Rhet. III c. 12 pg. 1414 A 11 ἡ δὲ δικανικὴ (λέξις) ἀκριβεστέρα); at privatum consilium causasque paucorum . . . calculorum purus sermo et dissimilis curae magis decuerit.

Quae ultima verba certissime ex Theophrasti libro ipso fluxerunt; nam apud Quint. III 8, 62 haec legimus:

Theophrastus (fr. XXIII S) quam maxime remotum ab omni affectatione in deliberativo genere voluit esse sermonem. cf. Plut. praec. ger. reipubl. c. 6 802 F.: τῷ λόγῳ τοῦ πολιτευομένου καὶ συμβουλεύοντος καὶ ἄρχοντος ἐπιφαινέσθω μὴ δείνοτης μηδὲ πανουργία μηδ' εἰς ἔπαινον αὑτοῦ τιθέσθω τὸ ἑκτικῶς (= affectatio) ἢ τεχνικῶς ἢ διαιρετικῶς.

7. Trium dicendi generum descriptio.[1])

or. 75. Sequitur, ut cuiusque generis nota quaeratur et formula . . . . ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum[2]):

Χαρακτὴρ ἰσχνός: 76 Summissus est et humilis,

1) Postquam or. §§ 20. 21 tria genera dicendi summatim exposita sunt eorumque causa, fines, usus sunt demonstrati (§§ 36—42, 52, 53, 61—74), nunc eadem accuratius describuntur atque uniuscuiusque generis proprietates enumerantur per singula λεκτικοῦ τόπου capita (delectus et compositio verborum).

2) Cicero non — ut re vera debuit — singulorum auctorum (Lysiae Isocratis etc.) genera dicendi describit, sed cum 'humilem' dicit oratorem et 'medium' et 'sublimem' profecto imitatores Lysiae, Isocratis, Demosthenis in mente habet. Quod hic maxime perspicuum est, cum 'Attistici' illi ('quidam') sint Λυσίου ζηλωταί (or. 29 sq.).

consuetudinem imitans, ab indisertis re plus quam opinione differens. Itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere ... etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen sucum aliquem oportet, ut etiam si illis maximis viribus (δεινότης) careat, sit, ut ita dicam, integra valetudine.

Ῥυθμός: 77 Primum igitur eum tanquam e vinculis numerorum eximamus ... solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare.

Ἁρμογή: verba etiam verbis quasi coagmentare neglegat. Habet enim ille tanquam hiatus et concursus vocalium molle quiddam et quod indicet non ingratam neglegentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis.

78 Sed erit videndum de reliquis, cum haec duo (ῥυθμός, ἁρμογή) ei liberiora fuerint[1]) ********* circuitus conglutinatioque verborum (περίοδος): illa enim ipsa contracta et minuta (κῶλα, κόμματα) non neglegenter tractanda sunt, sed quaedam etiam neglegentia est diligens ...

Ἰδέαι: 79 Sermo purus erit et Latinus (ἑλληνισμός) dilucide planeque dicetur (σαφήνεια), quid deceat circumspicietur (πρέπον); unum aberit, quod quartum numerat Theophrastus (fr. XII S) in orationis laudibus: ornatum illud (μεγαλοπρεπές), suave et fluens (ἡδύ).

1) Ciceronis verba grandi lacuna interrupta sunt. Patet Ciceronem exposuisse differentiam quae esset inter περίοδον et orationem per κῶλα et κόμματα: illam aliis in generibus dicendi observandam esse dixerit, hanc maxime humile genus decere.

Acutae crebraeque sententiae ponentur et nescio unde ex abdito erutae.

Ac ... verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis. 80 Supellex est enim quodam modo nostra, qua est in ornamentis, alia rerum alia verborum. Ornatus autem verborum duplex: unus simplicium (ἐκλογὴ ὀνομάτων), alter collocatorum (σύνθεσις ὀνομάτων).[1])

Simplex probatur in propriis usitatisque verbis (κυρία λέξις) ...... in alienis ('τρόποι') aut translatum (μεταφορά) aut factum aliunde ut mutuo (μετωνυμία) aut factum ab ipso (πεποιημένον) aut novum aut priscum et inusitatum (γλῶττα) ...

81 Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia (σχήματα λέξεως).

ἐκλογὴ ὀνομάτων: ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax et in transferendis verecundus et parcus et in priscis reliquisque ornamentis ... demissior; tralatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur[2]), non modo urbanorum sed etiam rusticorum: si quidem

---

1) Manifesto Cicero his verbis 'tropos' (h. e. ἐκλογῆς ἐκτροπάς) opponit 'figuris' (h. e. συνθέσεως ἐκτροπαῖς).

2) cf. Aristot. pg. 1404 B 33: σημεῖον δ' (utilitatis metaphorae) ὅτι τούτοις μόνοις πάντες χρῶνται. πάντες γὰρ μεταφοραῖς διαλέγονται. Itaque haec Theophrasti esse apparet, cuius doctrinam Cicero etiam de or. III 155 exhibet. Is enim docuit ut numerum oratorium ita etiam metaphoras primum necessitate quadam procreatas, tum delectationis gratia magis esse usurpatas cf. infra pg. 57 et 83.

est eorum 'gemmare vites, sitire agros, laetas esse segetes, luxuriosa frumenta'. 82 Nihil horum parum audacter, sed aut simile est illi unde transferas, aut si res suum nullum habet nomen[1]), docendi causa sumptum, non ludendi videtur ....

Σχήματα: 83 illam autem concinnitatem, quae verborum conlocationem (σύνθεσις) inluminat iis luminibus quae Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant ... adhibet quidem hic subtilis ... sed paulo parcius ... 84 nam illa, de quibus ante dixi, huic acuto fugienda sunt: paria paribus relata (πάρισον) et similiter conclusa (ὁμοιοτέλευτον) eodemque pacto cadentia (ὁμοιόπτωτον) et immutatione litterae quasi quaesitae venustates (παρονομασία), ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat; 85 itemque si quae verborum iterationes (ἀναδίπλωσις) contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienae. Ceteris promiscue poterit uti, continuationem verborum (περίοδος) modo relaxet et dividat, utaturque verbis quam usitatissimis, tralationibus quam mollissimis. Etiam illa sententiarum lumina[2]) adsumat, quae non erunt vehementer inlustria. Non faciet rem publicam loquentem nec ab inferis mortuos excitabit (προσω-

1) cf. Aristot. Rhet. III 1405 A 35: ἔτι δὲ οὐ πόρρωθεν δεῖ ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ ὁμοειδῶν μεταφέρειν τὰ ἀνώνυμα ὠνομασμένως et Cic. de or. III 155: Quod enim declarari vix verbo proprio potest (i. e. ἀνώνυμον), id, tralato cum est dictum, inlustrat id, quod intellegi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo.

2) De 'sententiarum luminibus' cf. pg. 187 adn. 2.

ποποιία) nec acervatim multa frequentans (συναθροισμός) una complexione devinciet (ἀσύνδετον)[1] ....

87 Huic generi orationis aspergentur etiam sales[2], qui in dicendo nimium quantum valent; quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Utetur utroque; sed altero in narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo[3] ...

90 Hanc ego iudico formam summissi oratoris sed magni tamen et germani Attici; quoniam quidquid est salsum aut salubre in oratione id proprium Atticorum est. E quibus tamen non omnes faceti: Lysias satis et Hyperides, Demades praeter ceteros fertur, Demosthenes minus habetur; quo quidem mihi nihil videtur urbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus; est autem illud acrioris ingenii, hoc maioris artis.[4]

1) Quod re vera σχῆμα λέξεως est.

2) Hic a Cicerone humili dicendi generi certum ad modum etiam χάρις tribuitur; quod ex Theophrasto mente factum esse ex ea re elucet, quod Dionysius in fine enumerationis virtutum ἰσχνότητος propriarum (d. Lys. c. 10) exhibet χάριν. Docuit igitur Theophrastus, quem Dionysii auctorem fuisse constat (cf. infra pg. 170 adn. 1), humili generi ideam suavitatis aliqua ex parte esse propriam. Dionysii autem χάριν nihil aliud esse quam Theophrasti ἡδύ ex ipsis Dionysii verbis apparet (cf. vol. I pg. 18, 1; 19, 6; 19, 21; 20, 5).

3) Χάριτι opponitur τὸ γελοῖον prorsus Theophrasti ex sententia, cuius doctrina extat apud Demetrium §§ 163—169 (cf. infra pg. 155). Sequuntur apud Ciceronem or. 88 et 89 praecepta περὶ χρήσεως γελοίου (perquam similia recurrunt de or. II 237 sqq.), quorum fons peripatetica περὶ γελοίου disputatio fuisse videtur (cf. infra pg. 207).

4) Hic habes praeclara Theophrasteae doctrinae vestigia: Demadis enim dicacitas (h. e. celerrima respondendi facultas)

Χαρακτὴρ μέσος: Or. 91 uberius est aliud aliquantoque robustius quam hoc humile, de quo dictum est, summissius autem quam illud, de quo iam dicetur, amplissimum. Hoc in genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum.[1]) Est enim plenius quam hoc enucleatum quam autem illud ornatum copiosumque summissius.

92 Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt plurimumque est in hac orationis forma suavitatis.[1]) In qua multi floruerunt apud Graecos sed Phalereus Demetrius[2]) meo iudicio praestitit ceteris, cuius oratio cum sedate placideque labitur, (γλαφυρὰ σύνθεσις) tum illustrant eam quasi stellae tralata verba (μεταφοραί) atque immutata (μετωνυμίαι) . . . .[3]) 94 Haec frequentat Phalereus maxime suntque dulcissima; et quanquam tralatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores.

or. 95 In idem genus orationis — loquor enim de

Demosthenis σκέψεσιν καὶ παρασκευαῖς anteponitur (cf. Plut. de Dem. c. 10, praec. ger. reipubl. c. 8 [ex Theophrasto]) alterum iudicium de Demosthenis iocis exstat apud auctorem π. ὕψ. c. 34, 3: ἔνθα μέντοι γελοῖος εἶναι βιάζεται καὶ ἀστεῖος, οὐ γέλωτα κινεῖ μᾶλλον ἢ καταγελᾶται; cf. Dionys. Dem. c. 54 ʽπάσας ἔχουσα τὰς ἀρετὰς ἡ Δημοσθένους λέξις λείπεται εὐτραπελίας, ἣν οἱ πολλοὶ καλοῦσι χάριν' et Quint. VI 3, 2.

1) Quibus verbis declaratur medium genus effici idea suavitatis.

2) Phalerei Demetrii nomen Theophrasto eius magistro deberi supra (pg. 34 adn. 1) diximus.

3) Sequitur (or. 92—94) disputatio de methaphora eiusque speciebus (μετωνυμία, κατάχρησις, ἀλληγορία) ex Aristotelis (§ 94) arte Theodectea excerpta (cf. infra pg. 57) quam Theophrasto debere Ciceronem manifestum est.

illa modica ac temperata — verborum cadunt lumina omnia (σχήματα λέξεως), multa etiam sententiarum; latae eruditaeque disputationes ab eodem explicabuntur et loci communes sine contentione dicentur. Quid multa? e philosophorum scholis tales fere evadunt ...[1])

96 Est enim quoddam etiam insigne et florens orationis pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a subtilibus, repulsum a gravibus in ea de qua loquor mediocritate consedit.[2])

Ὑψηλὸς χαρακτήρ: or. 97 Tertius est ille amplus copiosus, gravis ornatus, in quo profecto vis (δεινότης) maxima est.[3])

Hic est enim, cuius ornatum dicendi et copiam admiratae gentes eloquentiam in civitatibus plurimum valere passae sunt, sed hanc eloquentiam, quae cursu magno sonituque (τόνος) ferretur ... huius eloquentiae est tractare animos, huius omni modo permovere.[4])

---

1) Hic describitur elocutio Peripateticorum philosophorum propria h. e. vera illa μεσότης, cuius ornatus componitur ex humilis generis virtutibus et idea μεγαλοπρεπείας, quae propria est sublimitatis.

2) Describitur medii generis altera species, sophistarum propria, τὸ ἀνθηρόν, quae solam suavitatem efficiendam sibi proponit.

3) cf. Dionys. Hal. de c. 10 (vol. I pg. 149, 8) τοσαῦτα μὲν δή τινά ἐστιν, ἃ παρὰ τὸν ὑψηλὸν ... χαρακτῆρα, οὗ τὸ κράτος ἅπαν ἦν ἐν τῇ δεινότητι ... ὁ Δημοσθένης κατεσκεύακεν et or. § 69: 'vehemens in flectendo, in quo vis omnis oratoris est.'

4) Sequitur (§§ 98, 99) disputatio, in qua exponitur humile

B. ΠΕΡΙ ΕΚΛΟΓΗΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.[1])

I. *Περὶ καλῶν ὀνομάτων.*

1. Demetrius περὶ ἑρμηνείας 173: ὡρίσατο δὲ αὐτὰ (sc. καλὰ ὀνόματα) Θεόφραστος (fr. I b S) οὕτως· κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδὺ ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον.[2])

Quae definitio fluxit ex loco Aristotelis Rhet. III c. 2 pg. 1405 B 17: (methaphora sumenda est) ἀπὸ καλῶν ἢ τῇ φωνῇ ἢ τῇ δυνάμει ἢ τῇ ὄψει.

---

mediumque dicendi genera per se ipsa stare posse, sublime genus contra minime αὐταρκῆ esse, ideoque cum duobus illis generibus esse temperandum. Τὸ κινδυνῶδες enim maxime habet sublimitas neque apta est nisi maximis argumentis cum humilis et medius orator aut numquam cadant aut quidem alte cadere non possint. Qua in disputatione 'ancipites dicendi incertique casus' idem esse videntur atque Theophrasti (Plut. praec. ger. reipubl. 804 A) 'ὀξεῖς καιροὶ καὶ πολλὰ φέροντες ἐν ταῖς πολιτείαις αἰφνίδια'.

1) Dispositio totius materiae ex Ciceronis excerpto Theophrasteo in III de oratore libro extante elucet: tractantur enim primum καλὰ ὀνόματα (§§ 150, 151), deinde agitur περὶ φράσεως ἐξηλλαγμένης (§§ 152—170), cui subiciuntur γλῶτται (153), πεποιημένα ὀνόματα (154), μεταφορά eiusque species (155—170). Eandem divisionem exhibet Quintiliani excerptum, ubi habes haec: VIII 3, 15—23 καλὰ ὀνόματα, 24—30 γλῶτται, 30—37 πεποιημένα, 38 μεταφορά, a qua male seiuncta est sectio VIII 6 ('de tropis') cf. Prolegg. p. XX.

2) Eo loco, quo apud Demetrium Theophrasti definitio occurrit, non quidem de delectu verborum agitur, sed περὶ συνθέσεως γλαφυρᾶς. Sed manifestum est Theophrastum et delectui et compositioni (ad quam etiam alterum fragmentum Theophrasteum [apud Dionys. de comp. verb. 16 = fr. Ia S] pertinet) 'bona verba' assignavisse; Aristotelis contra locus ad ἐκλογήν pertinet.

2. Cicero de or. III 150: In propriis ... est verbis illa laus oratoris, ut abiecta et obsoleta fugiat, lectis atque inlustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans (= πρὸς τὴν ἀκοὴν ἡδύ) inesse videatur; sed in hoc verborum genere propriorum dilectus (ἐκλογή) est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio[1]) ponderandus est; in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. 151 Itaque hoc, quod volgo de oratoribus ab imperitis dici solet 'bonis hic verbis' aut 'aliquis non bonis utitur' non arte aliqua perpenditur sed quodam quasi naturali sensu (ἄλογος αἴσθησις) indicatur; in quo non magna laus est vitare vitium ... verumtamen hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus et copia bonorum (καλὰ ὀνόματα).

3. Cicero part. or. § 17: Atque etiam est haec distinctio in verbis: altera natura, altera tractatione. Natura ut sint alia sonantiora, grandiora, leviora et quodammodo nitidiora, alia contra; tractatione autem etc.

4. Quintil. VIII 3, 16: Sed cum idem frequentissime plura significent, quod συνωνυμία vocatur[2]), iam sunt

---

1) Cum doctrina περὶ καλῶν ὀνομάτων hic notio ἀλόγου αἰσθήσεως coniungitur, quam Theophrastum etiam in doctrina περὶ ῥυθμοῦ videbimus adhibuisse (cf. infra pg. 83).

2) Synonymia commemoratur quia eius rei gratia omnino nobis inter 'bona' et 'mala' verba dilectum habere licet. Quem sententiarum connexum Theophrasteum esse dixerimus propter locum Aristotelis Rhet. III c. 2 pg. 1404 B 37: τῶν δ' ὀνομάτων τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι — παρὰ ταύτας γὰρ κακουργεῖ — τῷ ποιητῇ δὲ συνωνυμίαι, λέγω δὲ

aliis alia honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, vocaliora. Nam ut syllabae e litteris melius sonantibus clariores sunt, ita verba e syllabis (sc. melius sonantibus) magis vocalia, et quo plus quodque spiritus habet auditu pulchrius (= πρὸς τὴν ἀκοὴν ἡδύ). 17 Et honesta quidem turpibus potiora semper (= τῇ διανοίᾳ ἔντιμον) nec sordidis umquam in oratione erudita locus . . .

18 Clara illa atque sublimia plerumque materiae modo[1]) discernenda sunt; quod alibi magnificum (μεγαλοπρεπές) tumidum alibi et quae humilia circa res magnas, apta circa minores videntur . . . . 19 Quaedam non tamen ratione quam sensu (ἄλογος αἴσθησις) diiudicantur . . . .[2])

Ad doctrinam περὶ καλῶν ὀνομάτων pertinent etiam quae leguntur § 38:

Itaque de singulis verbis satis dictum . . . sed ne inornata quidem sunt (sc. verba) . . . excepto si obscena

---

κύριά τε καὶ συνώνυμα· οἷον τό 'πορεύεσθαι' καὶ τὸ 'βαδίζειν' (quibus ex verbis synonymis poetae melius sibi eligere licet).

1) Cum hic usus atque diversitas materiae respiciatur (pariter atque in disputatione περὶ χρήσεως λόγου χαρακτήρων), hic etiam Theophrasteae doctrinae latet vestigium.

2) Quintiliani auctorem etiam de hypocorismo egisse in capite de delectu verborum elucet ex §§ 21—23, ubi agitur de humilibus verbis: nam in § 22 legitur exemplum 'Antoniaster' quae est forma hypocoristica nominis 'Antonii' (Priscianus l. III c. 8 pg. 112, 19 K). Atque hanc etiam rem Theophrasto esse adscribendam ex eo elucet quod in fine Aristotelici capitis II (pg. 1405 B 28 sqq.) absoluta de metaphora disputatione agitur de hypocorismo: ἔτι τὸ αὐτὸ (sc. atque metaphora) ὑποκορίζεσθαι (sc. ποιεῖ)· ἔστιν δ' ὁ ὑποκορισμὸς ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν.

nudis nominibus enuntiatur (ὀνόματα αἰσχρά). 39 Quod viderint, qui non putant esse vitanda, quia nec sit vox ulla natura turpis, et si qua est rei deformitas, alia quoque appellatione quacumque ad intellectum eundem nihilominus perveniat.[1])

II. *Περὶ φράσεως ἐξηλλαγμένης.*

1. Γλῶτται καὶ πεποιημένα.

a) Cic. de or. III 152: Tria sunt igitur in verbo simplici, quae orator adferat ad inlustrandam atque exornandam orationem:

aut inusitatum verbum (γλῶττα)

---

1) Quos Quintilianus in mente habet viri hoc fere contendunt: nemo potest omnino αἰσχρολογεῖν: nam neque voces ullae turpes sunt (quod manifesto ex homonymis demonstrari potuit) neque res turpes synonymis possunt occultari. Haec cum doctrina περὶ καλῶν ὀνομάτων cohaerere ex eo elucet, quod lucem accipiunt ex Aristotelis loco pg. 1404 B 37 supra laudato: nunc enim intellegitur, cur sophistae sint 'utiles' homonymiae. Ex iis enim efficere vult 'turpes' voces omnino non esse, cum eaedem litterae (ut fit in homonymis) modo turpem, modo honestam rem significent. Quae sententia etiam altero Aristotelis loco recurrit (pg. 1405 B 6): 'καὶ ἀπὸ καλῶν (sc. sumenda est translatio) κάλλος δὲ ὀνόματος τὸ μὲν ὥσπερ Λικύμνιος λέγει (I) ἐν τοῖς ψόφοις ἢ (II) τῷ σημαινομένῳ, καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως. ἔτι δὲ τρίτον (III) κάλλος τῶν ὀνομάτων ⟨τὸ μὴ εἶναι ὁμώνυμον τὸ ὄνομα suppl. ex scholiis vol. XXI 2 pg. 171, 23 Rabe⟩ ὃ λύει τὸν σοφιστικὸν λόγον· οὐ γὰρ ὡς ἔφη Βρύσων οὐθένα αἰσχρολογεῖν, εἴπερ τὸ αὐτὸ σημαίνει τόδε ἀντὶ τοῦδε εἰπεῖν. Videmus Aristotelem ad Licymnii duas κάλλους ὀνομάτων causas tertiam addidisse: cavendum esse oratori, ne voce utatur, cuius vox homonyma rem turpem significet. — Supervacaneum est dicere eum qui Aristotelis duos locos huc pertinentes in usum suum converterit fuisse Theophrastum.

aut novatum (πεποιημένον)
aut tralatum (μεταφορά).

153 Inusitata sunt prisca fere ac vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa, quae sunt poëtarum licentiae liberiora quam nostrae.[1])

154 Novantur autem verba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt, vel coniungendis verbis (διπλᾶ ὀνόματα) ... sed saepe vel sine coniunctione[2]) verba novantur ....

b) Quintil. VIII 3, 24: Cum autem sint verba propria, ficta, translata: propriis dignitatem dat antiquitas: namque et sanctiorem et magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerit usurus ...

VIII 3, 30 fingere ... Graecis magis concessum est, qui sonis quibusdam et adfectibus non dubitaverunt nomina aptare non alia libertate, quam illi primi homines rebus appellationes dederunt.

VIII 6, 31[3]) onomatopoeia quidem est fictio nominis; Graecis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. At sunt plurima ita posita ab iis, qui sermonem primi fecerunt, aptantes adfectibus vocem.

1) Aristot. Rhet. III c. 2 pg. 1404 B 27 τῶν δὲ ὀνομάτων τοcαῦτ' ἐχόντων εἴδη ὅcα τε θεώρηται ἐν τοῖc περὶ ποιήcεωc (c. 21) τούτων γλώτταιc μὲν καὶ διπλοῖc ὀνόμαcι καὶ πεποιημένοιc ὀλιγάκιc καὶ ὀλιγαχοῦ χρηcτέον ... τὸ δὲ κύριον καὶ τὸ οἰκεῖον καὶ ἡ μεταφορὰ μόνα χρήcιμα.

2) Quibus in verbis latent tres illae species πεποιημένων ὀνομάτων, quae sunt praeter διπλᾶ ὀνόματα: h. e.: imitatio soni, derivatio, analogia.

3) Huc etiam VIII 6, 31—33 trahendae sunt, quo loco Quintilianus 'de tropis' disputans sub titulo 'de onomatopoeia' idem argumentum iterum pertractat.

31 Nostri aut in iungendo (σύνθετον ὄνομα) aut in derivando (παραγωγή) paulum aliquid ausi.[1])

37 Et si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis praemuniendum est: ʽut ita dicam, si licet dicere, quodammodo, permittite mihi sic uti'. Quod idem etiam in iis, quae licentius translata erunt proderit ..... qua de re Graecum illud elegantissimum est, quo praecipitur προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ.[2])

1) Praeter tres, quas Quintilianus exhibet, species πεποιημένων (imitatio soni, coniunctio, derivatio) quartam invenimus apud Ciceronem part. or. 16: Reperta (verba sunt) quae ex iis (nativis) facta sunt et novata aut similitudine aut imitatione aut inflexione (= παραγωγή) aut adiunctione verborum (σύνθετον ὄνομα). ʽSimilitudo' autem est ὀνοματοποιία κατ' ἀναλογίαν ut ex Tryphonis doctrinae reliquiis (Rh. Gr. vol. III pg. 196, 18 Sp.) elucet: ibi dicitur vox ʽγεροντагωγῶ' facta esse per analogiam vocis ʽπαιδαγωγῶ'. Atque Tryphonis doctrina sine dubio etiam apud Quintiliani auctorem legebatur, quem prorsus cum Tryphone consensisse demonstrari potest. Itaque tota res Theophrasto adscribenda, quoniam etiam Ciceronis locus plane Theophrasteus est.

2) Fragmentum Theophrasteum hic a Quintiliano exhiberi elucet ex auctore π. ὕψ. 32, 3 (= fr. XI S), ubi legitur Aristo-

2. De metaphora eiusque speciebus.[1])

a) *Aristotelis de metaphora doctrina (sine dubio ex arte Theodectea cf. Rose Ar. ps. pg. 137) servata est apud Ciceronem or. 92—94 (ex Theophrasto):*

or. 92: In qua (μεcότητα dicit) ... Phalereus Demetrius meo iudicio praestitit ceteris, cuius ... (orationem) illustrant ... tralata verba atque immutata.

Tralata dico ... quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa[2]) transferuntur.

Immutata, in quibus pro verbo proprio subicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti.

93 Quod quamquam transferundo fit, tamen alio modo transtulit Ennius, cum dixit: 'arce et urbe orbatum'[3]) alio modo 'horridam Africam terribili tremere

---

telem et Theophrastum docuisse quasi remediis audaciorum translationum utendum esse vocibus 'ὡcπερεὶ' et 'οἱονεί'. Idem de hyperbolis Aristoteles Rhet. III 7 pg. 1408 B 7 praecipit (quam ad rem hic Quintilianus alludit). Praeceptum igitur Aristotelis Theophrastique et metaphoras et hyperbolas et onomatopoeias spectat.

1) Antiquae et genuinae doctrinae ex ratione μεταφορὰ non solum translationes vulgo ita dictas comprehendit; sed etiam eae ἐξηλλαγμένης φράcεωc species, quae nunc proprie vocantur ἀλληγορία, μετωνυμία, cυνεκδοχή, κατάχρηcιc metaphorae fuerunt subiectae. Haec enim fuit Aristotelis doctrina in arte Theodectea exposita, quam etiam Theophrastum secutum esse videbimus. Itaque etiam eae res, quas Quintilianus VIII 6 sub τρόπων nomine comprehendit ad delectum verborum pertinent.

2) In iis, quae hic περὶ αἰτίαc μεταφορῶν disputantur, duo Theophrastea illa τέλη (ἀνάγκη — ἡδονή) latent.

3) Quae est μεταφορά.

tumultu'; hanc ὑπαλλαγὴν rhetores ... μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferuntur.

94 Aristoteles autem tralationi et haec ipsa subiungit et abusionem quam κατάχρησιν vocat ... et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel, quod delectat, vel, quod decet.[1])

Iam cum fluxerunt continuo plures tralationes alia plane fit oratio; itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν; nomine recte, genere melius ille (Aristoteles), qui ista omnia tralationes vocat.[2])

b) *Sequatur Ciceronis de metaphora eiusque speciebus doctrina:*

de or. III 155: Tertius ille modus transferendi verbi latet patet, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem iucunditas delectatioque celebravit.[3]) Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic verbi tralatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis. Nam 'gemmare vitis, luxuriem esse in herbis, laetas segetes'

---

1) Hic duo illa τέλη Theophrastea latent ἡδονή et κάλλος.

2) Reapse elucet etiam vocem τρόπος ab Aristotelis Theophrastique aetate alienam fuisse: nam cum eas exornationes, quae postea 'tropi' vocatae sunt, metaphorae subicerent, universali rei nomine omnino non egebant. Atque re vera apud auctorem ad H. (IV 42—46) qui postea τρόποι vocantur, sine proprio termino technico inter 'figuras verborum' et 'figuras sententiarum' interponuntur. Primum vox apud Ciceronem occurrit, ideoque huius termini versio Latina ('modus') prius obviam fit (de or. III 166, 167), quam ipsa vox Graeca.

3) Inopia et suavitas ut duae 'causae metaphorae' etiam or. 92 commemorantur; utroque loco subest praeclara Theophrasti doctrina.

etiam rustici dicunt (= or. 81). Quod enim declarari vix verbo proprio potest (ἀνώνυμον)[1]), id tralato cum est dictum, inlustrat id, quod intellegi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. 156 Ergo hae tralationes quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas aliunde sumas . . .

De ratione inter μεταφορὰν et εἰκόνα intercedente:

157 ⟨Μεταφορά⟩[2]) similitudinis est ad verbum unum contracta brevitas, quod verbum in alieno loco tamquam in suo positum, si agnoscitur, delectat; si simile nihil habet, repudiatur.[3])

Metaphora efficit σαφήνειαν, ἐνάργειαν, συντομίαν:

de or. III 157: Sed ea transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem (ϲαφήνεια) . . . 158 aut quo significetur magis res tota sive facti alicuius sive consilii (ἐνάργεια) . . . nonnumquam etiam brevitas (ϲυντομία) tralatione conficitur ut illud 'si telum manu fugit' . . .[4])

---

1) cf. Aristot. Rhet. III pg. 1405 A 35 ἔτι δὲ οὐ πόῤῥωθεν δεῖ ἀλλ' ἐκ τῶν ϲυγγενῶν καὶ ὁμοειδῶν μεταφέρειν τὰ ἀνώνυμα ὠνομαϲμένωϲ et or. 82: si res nullum habet nomen, docendi causa sumptum non ludendi videtur.

2) Ciceronis textum mutilum — totius enuntiati subiectum desideratur — supplevi.

3) Quibus in verbis brevissime Aristotelis sententia de similitudinis et metaphorae differentia exponitur: initio enim Aristotelici capitis quarti legimus haec: ἔϲτιν δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά. διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα 'ὡϲ δὲ λέων ἐπόρουϲε' εἰκών ἐϲτιν, ὅταν δὲ 'λέων ἐπόρουϲε' μεταφορὰ . . . . μεταφοραὶ γὰρ εἰϲι (sc. αἱ εἰκόνεϲ) διαφέρουϲαι τῷ εἰρημένῳ.

4) Metaphora ἐξ ἐναργείαϲ (quae sane efficitur eo, quod ἄψυχα fiunt ἔμψυχα) exponitur apud Aristotelem Rhet. III c. 11

Deinde apud Ciceronem tractatur quaestio: διὰ τί ἡδύ ἐστιν ἡ μεταφορά;:

de or. III 159: Hoc in genere persaepe mihi admirandum videtur, quid sit, quod omnes tralatis et alienis magis delectentur verbis quam propriis et suis .... in suorum verborum maxima copia tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione tralata, delectant.

160 Id accidere credo, vel quod ingeni specimen est quiddam transilire ante pedes positum et alia longe repetita sumere, vel quod is, qui audit, alio ducitur cogitatione neque tamen aberrat, quae maximast delectatio.[1])

vel quod in singulis verbis res ac totum simile conficitur[2]) vel quod omnis tralatio . . . ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus.[3])

---

in. Atque idea ἐναργείας latet etiam in exemplo 'si telum manu fugit' quod simile est locorum Homericorum, quibus Aristoteles pg. 1411 B 35 utitur ex. gr. N 587 ἔπτατ' οἰστός et Δ 126 ἐπιπτέσθαι μενεαίνων. — Ceterum cf. Aristotelem Rhet. III c. 2 pg. 1405 A 8 καὶ τὸ σαφὲς καὶ τὸ ἡδὺ (cui ab Aristotele c. 11 subicitur τὸ ἐναργές) καὶ τὸ ξενικὸν ἔχει μάλιστα ἡ μεταφορά.

1) Aristot. Rhet. III c. 10 pg. 1410 B 10 τὸ γὰρ μανθάνειν ῥᾳδίως ἡδὺ φύσει πᾶσιν ἐστί, τὰ δὲ ὀνόματα σημαίνει τι, ὥστε ὅσα τῶν ὀνομάτων ποιεῖ ἡμῖν μάθησιν, ἥδιστα· αἱ μὲν οὖν γλῶτται ἀγνῶτες, τὰ δὲ κύρια ἴσμεν, ἡ δὲ μεταφορὰ ποιεῖ ἡμῖν τοῦτο μάλιστα. cf. Ciceronis or. 134 Ex omnique genere frequentissimae tralationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt ac movent huc et illuc, qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat.

2) h. e.: uno solo verbo non solum res ipsa exponitur σαφῶς, sed etiam tota ὁμοίωσις breviter in unum verbum contracta latet.

3) Patet Ciceronis disputationem de metaphorae suavitate

In sequentibus enumerantur μεταφορᾶς ἀρεταί [1])

Cic. de or. III 162: Quo in genere primum est fugienda dissimilitudo ... 163 Deinde videndumst, ne longe simile sit ductum ...	Ar. pg. 1405 A 34: ἔτι δὲ οὐ πόρρωθεν δεῖ ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοειδῶν μεταφέρειν.
Facilius ... ad ea, quae visa quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur. Et quoniam haec vel summa laus est in verbis transferendis, ut sensum feriat id quod tralatum est, fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audiunt trahet similitudo.	pg. 1405 B 6: καὶ ἀπὸ καλῶν (metaphora sumenda est). κάλλος δὲ ὀνόματος τὸ μὲν ὥσπερ Λικύμνιος λέγει ἐν τοῖς ψόφοις ἢ τῷ σημαινομένῳ καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως ... v. 16 τὰς δὲ μεταφορὰς ἐντεῦθεν οἰστέον ἀπὸ καλῶν ἢ τῇ φωνῇ ἢ τῇ δυνάμει ἢ τῇ ὄψει, ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει.[2])

Aristotelis doctrina (Rhet. III 10) niti quidem; sed eius praecepta apud Ciceronem cum sint, praeclare aucta ex Theophrasto hausisse Ciceronem elucet.

1) Hic adeo accurate ad Aristotelis (pg. 1405 A 10 sqq.) doctrinam Cicero accedit, ut omnino dubium non sit, quin Theophrasti libro Ciceronis auctor sit usus.

2) Apud Ciceronem non solum Aristotelicae doctrinae, sed etiam Theophrasteae definitionis elementa manifesta sunt; hic enim cum Aristotelis definitionem (pg. 1405 B 16) paullulum mutans (cf. Diels, Abh. Berl. Ak. 1886 IV pg. 30) κάλλος ὀνόματος maxime ad ἀκοὴν et ὄψιν rettulisset (Demetr. § 173 = fr. I. b S), prorsus Theophrasti ex animo Cicero dixisse videtur: 'summa laus est ... ut sensum feriat id quod tralatum sit'. Atque si memoria tenemus Theophrastum iis in rebus maxime ὄψεως vim pressisse (alias enim αἰσθήσεις ab Aristotele com-

164 ... nolo esse (tralatum) maius quam res postulet ... aut minus ... nolo esse verbum angustius id, quod tralatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum.

pg. 1405 A 10: δεῖ δὲ καὶ τὰ ἐπίθετα καὶ τὰς μεταφορὰς ἁρμοττούσας λέγειν κ. τ. λ. usque ad v. 32.

165 Atque etiam si vereare, ne paullo durior tralatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo ...

cf. π. ὕψ. c. 32, 3: ὁ μὲν Ἀριστοτέλης (cf. Rhet. III c. 7 pg. 1408 B 2) καὶ ὁ Θεόφραστος (fr. XI S) μειλίγματά φασί τινα τῶν θρασειῶν εἶναι μεταφορῶν τὰ ʻὡσπερεὶ' φάνει καὶ ʻοἱονεὶ' καὶ ʻεἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸν τρόπον' ... ἡ γὰρ ὑποτίμησις, φασίν, ἰᾶται τὰ τολμηρά.

Etenim verecunda esse debet translatio, ut deducta esse in alienum locum, non inrupisse ... videatur.

cf. Cic. ad fam. XVI 17: Sit, quomodo Theophrasto (fr. X S) placet, verecunda tralatio.

Absoluta de metaphora dispositione eius species pertractantur [1]):

---

memoratas prorsus neglexit) iam huc facere videmus verba de or. III 163: ʻfacilius enim ad ea, quae visa quam illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur;' cf. etiam ibid. 160: ʻ(sensus) oculorum, qui est sensus acerrimus' et 161: ʻilla vero oculorum multum acriora, quae paene ponunt in conspectu animi, quae cernere et videre non possumus'.

1) videmus puram atque genuinam Aristotelis (or. 92—94) Theophrastique doctrinam Ciceronem nobis servavisse: ceteros enim ʻτρόπους' re vera ut metaphorae species pertractat. —

166: Modus (= τρόπος) autem nullus est florentior in singulis verbis (sc. quam metaphora) neque qui plus luminis adferat orationi. Nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno verbo tralato, sed ex pluribus continuatis connectitur, ut aliud dicatur, aliud intellegendum sit (ἀλληγορία) ... 167 ... est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugiendast; etenim hoc fere genere fiunt ea, quae dicuntur aenigmata.[1]) Non est autem in verbo modus (τρόπος) hic, sed in oratione, id est in continuatione verborum.

Ne illa quidem traductio atque immutatio (μετωνυμία) in verbo quandem fabricationem (ὀνοματοποιίαν) habet ... neque factumst verbum ... neque tralatum ... sed ornandi causa proprium proprio commutatum (cf. or. 93) ... gravis est modus (τρόπος) in ornatu orationis et saepe sumendus ...

168 .... Quoi sunt finituma illa .... cum intellegi volumus aliquid aut ex parte totum (συνεκδοχή)[2]) ...

Ceterum ea sola in re suae aetatis terminologiam sequitur Cicero quod vocem τρόπος ('modus') exhibet.

1) cf. Aristot. ars poet. pg. 1458 A 25.

2) De synecdochae aetate non satis constat; pariter dubitari possit, utrum ἀντονομασία (quam auctor ad H., Trypho, Quintilianus ad Ciceronis 'modos' adiungunt) recentioris doctrinae additamentum sit necne. Ceteri 'tropi', quos Quintilianus adiungit, procul dubio ab antiquiore doctrina alieni sunt: ex quorum numero ὀνοματοποιία et ἐπίθετον omnino aliis doctrinae locis assignanda erant; μετάληψις sine dubio recentissima est, quia apud auctorem ad H. (qui reliquos omnes Quintiliani τρόπους habet) deest. Ultimi tres Quintiliani τρόποι (περίφρασις, ὑπέρβατον, ὑπερβολή) prorsus diversae sunt naturae:

aut ex toto partem ... aut quocumque modo, non ut dictumst, in eo genere intellegitur, sed ut sensumst (κατὰ cύνεcιν).

169 Abutimur (κατάχρηcιc) etiam saepe verbo ... haec autem, quae aut immutata esse dixi, aut aliter ea intellegenda ac dicerentur sunt tralata quodammodo.[1]'

c) *Sequatur postremum Quintiliani*[2]) *περὶ μεταφορᾶς excerptum Theophrasteum*:

---

prima est orationis vitium (Quint. VIII 2, 17), hyperbaton ad compositionem pertinet, hyperbole autem aut orationis vitium est (Demetr. § 114) aut fons suavitatis (Aristot. Rhet. III 11 pg. 1413 A 19).

1) Hic expressis verbis metonymia et allegoria metaphorae subiciuntur.

2) Specialis περὶ τρόπων doctrina, quam Quintilianus VIII 6 praebet, ea re maxime peccat, quod a cetera περὶ ἐκλογῆc doctrina (καλὰ ὀνόματα VIII 3, 15—23, γλῶτται 24—30, πεποιημένα 30—37, μεταφορά 38) male abscissa est. Cum enim inde a loco VIII 3, 38 Quintiliano de metaphora eiusque speciebus fusius esset agendum, id sibi faciendum esse Quintilianus eo ipso loco expresse negat idque prorsus futili de causa dicens: 'translata probari nisi in contextu sermonis non possunt'. Atque male eum rem gessisse iam ea ex re apparet, quod metaphora nihil aliud est quam unius verbi pro alio positio. Sed id ipsum Quintilianus negat: eius ex definitione enim τρόποc non solum λέξιν mutat, sed totam φράcιν (VIII 16, 1): 'Tropus est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio'. Quae est etiam definitio Tryphonis, quam ex Cocondrio et Ps.-Gregorio Corinthio (Rhet. Gr. III pg. 230,3 et 215, 3) sic fere restituas: τρόποc ἐcτὶ λέξεωc ἢ φράcεωc ἐκ τῆc καθ' ἑαυτὴν ὁπωcοῦν ἰδιότητοc ὡc ἐπὶ τὸ βέλτιον μετατροπή. Manifestum autem est Quintilianum peculiare περὶ τρόπων caput scribere voluisse, quia sua aetate speciales de ea re libri (ut Tryphonis) extabant. Dicit itaque

VIII 6, 2: Necessarios maxime (tropos) .. exequemur haec modo in his annotasse contenti, quosdam gratia significationis (ἐνάργεια), quosdam decoris (κάλλος) assumi ... 3 ... neque illud ignoro, in iisdem fere, qui significandi gratia adhibentur, esse et ornatum; sed non idem accidet contra, eruntque quidam tantum ad speciem (κάλλος) accommodati.

4 Incipiamus igitur a ... translatione ... quae μεταφορά Graece vocatur. Quae quidem cum ita est ab ipsa nobis concessa natura, ut indocti quoque ac non sentientes ea frequenter utantur[1]), tum ita iucunda atque nitida, ut in oratione quamlibet clara proprio tamen lumine eluceat. 5 ... copiam quoque sermonis auget permutando aut mutuando, quae non habet; quodque difficillimum est, praestat, ne ulli rei nomen deesse videatur[2]).... 6 Id facimus aut quia necesse est (ἀνάγκη), aut quia significantius est, aut, ut dixi, quia decentius (κάλλος) ... necessitate rustici 'gemmam' in vitibus ... et 'sitire' segetes et fructus 'laborare' ... (= Cic. de or. III 155 et or. 81).

8 ... In totum autem metaphora brevior est similitudo, eoque distat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere, haec pro ipsa re dicitur. 9 Comparatio est, cum dico fecisse quid hominem ut leonem; translatio, cum dico de homine leo est.[3])

VIII 6, 3: 'Quare mihi videntur errasse, qui non alios crediderunt tropos, quam in quibus verbum pro verbo poneretur'.

1) cf Cic. de or. III 155; or. 81 et 92; Aristot. pg. 1404 B 33: πάντες μεταφοραῖς διαλέγονται.

2) cf. Aristot. Rhet. III pg. 1405 A 35; Cic. de or. III 155 et or. 82.

3) Quae egregie consentiunt cum initio Aristotelici capitis

Huius vis omnis quadruplex maxime videtur: cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur ... 10 Inanima pro aliis generis eiusdem sumuntur ... aut pro rebus animalibus inanima ... aut contra (h. e. pro inanimis animalia) ... 11 Praecipueque ex his oritur sublimitas ... cum rebus sensu carentibus actum quendam et animos damus[1]) ...

13 Secantur haec in plures: ut a rationali ad rationale et idem de irrationalibus et haec invicem, quibus similis ratio est; et a toto et a partibus.[2])

Quae §§ 14—18 exponuntur respondent iis, quas Cicero (de or. III 162—164) Aristotelem Theophrastumque secutus exponit, μεταφορᾶς virtutibus: 14 Ut modicus autem atque opportunus eius usus illustrat orationem, ita frequens et obscurat et taedio complet, continuus vero in allegorias et aenigmata

---

IV: ἔστιν δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα ʻὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν’ εἰκών ἐστιν, ὅταν δὲ ʻλέων ἐπόρουσεν’ μεταφορά. cf. Cic. de or. III 157.

1) cf. Aristoteles cap. 11 in. (ubi exponitur ex metaphora ideam suavitatis effici): ὅτι μὲν οὖν τὰ ἀστεῖα ἐκ μεταφορᾶς τε τῆς ἀνάλογον λέγεται καὶ τῷ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν εἴρηται (pg. 1411 A 1 et 25). λεκτέον δὲ τί λέγομεν πρὸ ὀμμάτων καὶ τί ποιοῦσι γίγνεται τοῦτο· λέγω δὴ πρὸ ὀμμάτων ταῦτα ποιεῖν ὅσα ἐνεργοῦντα σημαίνει ... pg. 14, 11 B 31 καὶ ὡς κέχρηται πολλαχοῦ Ὅμηρος τὸ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα ποιεῖν διὰ τῆς μεταφορᾶς.

2) Quarum divisionum altera (h. e. a toto ad totum, a toto ad partes, a partibus ad partes, a partibus ad totum) recurrit apud Aristotelem in arte poetica c. 21 (pg. 1457 B 7) μεταφορὰ δέ ἐστιν ὀνόματος ἀλλοτρίου ἐπιφορὰ ἢ ἀπὸ τοῦ γένους ἐπὶ εἶδος, ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ τὸ γένος, ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐπὶ εἶδος, ἢ κατὰ τὸ ἀνάλογον (= a toto ad totum). Quam rem Aristoteles etiam in libro περὶ λέξεως (Rhet. III 2 pg. 1405 A 3) respexit: τί μὲν οὖν τούτων ἕκαστόν ἐστι καὶ πόσα εἴδη μεταφορᾶς ... εἴρηται καθάπερ ἐλέγομεν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς.

exit (= Cic. de or. III 167). Sunt etiam quaedam et humiles translationes et sordidae. 15 ... optimeque Cicero (de or. III 163) demonstrat cavendum, ne sit deformis translatio ... 16 ne nimio maior aut ... minor (Cic. de or. III 164): ne dissimilis (Cic. de or. III 162) ... 17 Sunt et durae, id est a longinqua similitudine ductae (Cic. de or. III 153) ... In illo vero plurimum erroris, quod ea, quae poëtis ... permissa sunt, convenire quidam etiam prosae putant.[1])

C. ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.[2])

I. *Περὶ τάξεως.*[3])

Quintil. IX 4, 23: Primum igitur de ordine. Eius observatio in verbis est singulis et contextis (συνδεδε-

1) cf. Aristot. Rhet. III 2 pg. 1404 B 12: ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μέτρων πολλά τε ποιεῖ τοῦτο (metaphora) καὶ ἁρμόττει ἐκεῖ ... ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πολλῷ ἐλάττουσιν (ἡ γὰρ ὑπόθεσις ἐλάττων) ... ἀπρεπέστερον.

2) Iam ante Theophrastum praecepta de compositione esse tradita ex Aristotelis libris elucet: Rhet. III c. 10 p. 1410 B 28 ἐκλογή et σύνθεσις opponuntur, licet alia terminologia Aristoteles sit usus: nam σύνθεσιν vocat 'σχῆμα' (ita etiam Rhet. III c. 8 in.) cum 'σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων' vocaverit universam λέξιν (ars poët. c. 6 pg. 1449 B 34); loco ars poët. c. 22 p. 1458 A 27 autem vulgata terminologia utitur: κατὰ μὲν οὖν τὴν τῶν ὀνομάτων σύνθεσιν οὐχ οἷόν τε τοῦτο ποιῆσαι, κατὰ δὲ τὴν μεταφορὰν ἐνδέχεται. Atque iam ab Isocrate delectum et compositionem verborum fuisse opposita Liers (Neue Jahrb. 135, 684) efficere voluit ex loco Euagor. 11. Ceterum συνθέσεως doctrinam in Isocratis schola esse elaboratum ex ea re sequitur quod in Anaximenis arte rhetorica (c. 23) περὶ συνθέσεως disputatur. Denique notum est Isocratem praecepta illa de hiatu vitando protulisse.

3) Cum sint omnino tres auctores, apud quos fusius περὶ

μένα): singula sunt quae ἀσύνδετα dicimus.[1]) In his cavendum, ne decrescat oratio et fortiori subiungatur aliquid infirmius ut sacrilego fur, ut latroni petulans. Augere enim debent sententiae et insurgere[2]) ...

Est et alius *naturalis ordo* ut 'viros et feminas, diem et noctem' ... dicas potius quam retrorsum.[3])

25 Illud nimiae superstitionis, uti quaeque sint tempore, ea facere etiam *ordine* priora: non quin fre-

---

συνθέσεως agitur, Cicero (de or. III 171—198; orat. 140 sqq.), Dionysius (de comp. verb.), Quintilianus (IX 4) — praeterea Demetrii περὶ ἑρμηνείας liber permulta exhibet de compositione praecepta — apud Quintilianum solum totum compositionis σύστημα praebetur. Cuius argumenta haec sunt: τάξις IX 4, 23—32, ἁρμογή 33—44, σχήματα 58, ῥυθμός 45—120, περίοδος, κῶλον 121—130 (+ §§ 19—21), συνθέσεως χαρακτῆρες 131—146 (+ §§ 16—19). Cicero in oratore haec argumenta exhibet: ἁρμογή (149—163), σχήματα (164—167), ῥυθμός (168—229), περίοδος, κῶλον (207—212; 225; 221 sq.).

1) cf. Anaximenis ars rhet. c. 25 vol. I pg. 62, 5 Sp.-H. μετὰ δὲ συνδέσμους οὓς ἂν προείπῃς ἀποδίδου τοὺς ἀκολουθοῦντας et Aristot. Rhet. III c. 5 pg. 1407 A 20: 'ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν πέντε· πρῶτον μὲν ἐν τοῖς *συνδέσμοις*, ἂν ἀποδιδῷ τις ὡς πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γίγνεσθαι ἀλλήλων. Theophrasti de coniunctionum usu sublimi doctrinam exponit Demetrius §§ 53—58 cf. infra pg. 116 sqq.

2) cf. Demetr. 50: τάσσειν δὲ τὰ ὀνόματα χρὴ τόνδε τὸν τρόπον· πρῶτα μὲν τιθέναι τὰ μὴ μάλα ἐναργῆ, δεύτερα δὲ καὶ ὕστατα τὰ ἐναργέστερα. Quintiliani cum Demetrio consensus Theophrasteae doctrinae vestigium monstrat.

3) cf. Demetr. 199: καὶ ὅλως τῇ *φυσικῇ τάξει* τῶν ὀνομάτων χρηστέον. cf. etiam Cic. part. or. 24: in coniunctis autem verbis triplex adhiberi commutatio potest non verborum, sed tantummodo *ordinis*, ut cum semel dictum sit directe, sicut *natura* ipsa tulerit, invertatur ordo ...

quenter sit hoc melius, sed quia interim plus valent ante gesta, ideoque levioribus superponenda sunt.[1]) 26 Verbo sensum cludere, multo ... optimum est ... sine dubio erit omne, quid non cludet, hyperbaton et ipsum hoc inter tropos vel figuras, quae sunt virtutis, receptum est ... 26 Quaedam vero transgressiones et longae sunt nimis ... et interim etiam compositione vitiosae ... 32 Amphiboliam quoque fieri vitiosa locutione verborum, nemo est, qui nesciat.[2])

---

1) Hoc argumentum Theophrasto ea de causa adscribamus, quod hic Isocrateae scholae nimiam diligentiam ex more suo reprehendisse videtur. Isocratem enim huiusmodi normam proclamasse elucet ex eius 'artis' fr. 6 (Rh. Gr. V 469 W) διηγητέον δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ ἑξῆϲ ἑπομένωϲ.

2) Ultima duo Quintiliani argumenta (ὑπέρβατον et ἀμφιβολία) coniuncta occurrunt in Anaximeneae artis cap. 25 (vol. I pg. 62, 13 Sp.-H.) δεῖ δὲ καὶ τὴν ϲύνθεϲιν τῶν ὀνομάτων μήτε ϲυγκεχυμένην μήτε ὑπερβάτην ποιεῖν. Anaximenis enim ϲύγχυϲιϲ idem est atque Quintiliani ἀμφιβολία ut ex exemplis elucet: τὸ μὲν γάρ ϲυγκεχυμένον τοιόνδε ἐϲτὶν ὡϲ ὅταν εἴπηϲ· δεινόν ἐϲτι τοῦτον τύπτειν· ἄδηλον γὰρ ὁπότεροϲ ἦν ὁ τύπτων. — Prorsus eadem res recurrit in Aristotelis cap. V, ubi potissimum — praeter argumentum II et III (pg. 1407 A 31) — περὶ τάξεωϲ agitur; ibi enim pg. 1407 B 13 praecipitur vitanda esse: ἃ μὴ ῥᾴδιον διαϲτίξαι ὥϲπερ τὰ Ἡρακλείτου· τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαϲτίξαι ἔργον διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόϲκειται, τῷ ὕϲτερον ἢ τῷ πρότερον. Atque hyperbati notio (quocum sane παρέμπτωϲιϲ cognata est) subest pg. 1407 B 21: ἀϲαφῆ δὲ ἂν μὴ προθεὶϲ εἴπηϲ μέλλων πολλὰ μεταξὺ ἐμβάλλειν. Primum Quintiliani argumentum (ϲύνδεϲμοι) etiam ab Aristotele primo loco tractatur. Praeterea apud Aristotelem ad τάξιν etiam ζεῦγμα pertinet (cuius notio subest pg. 1407 B 18) et tota ϲύνταξιϲ γραμματική (pg. 1407 B 6).

II. *Περὶ ἁρμογῆς.*

1. Cicero de or. III 171: Sequitur continuatio verborum (σύνθεσις), quae duas res maxime, conlocationem (ἁρμογή) primum, deinde modum (μέτρον) quendam formamque[1]) (ῥυθμός) desiderat.

Conlocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit sed quodammodo coagmentatus et levis (γλαφυρός) ... 172 ... quae (conlocatio) vinctam orationem efficit, quae cohaerentem, quae levem, quae aequabiliter fluentem; id adsequimini si extrema cum consequentibus primis ita iungentur, ut neve aspere concurrant neve vastius diducantur (hiatus).

2. or. 149: Collocabuntur igitur verba, aut ut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum primis (ἁρμογή), eaque sint quam suavissimis vocibus (μέλος), aut ut forma (σχῆμα) ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum, aut ut comprehensio (περίοδος) numerose (ῥυθμός) et apte cadat.[2])

Atque illud primum (ἁρμογή) videamus quale sit, quod vel maxime desiderat diligentiam, ut fiat quasi structura (ἁρμογή) quaedam nec tamen fiat operose ... 150 nolo haec tam minuta (μικροπρεπής) constructio appareat; sed tamen stilus exercitatus efficiet facile formulam componendi. Nam ut in legendo oculus, sic

---

1) Cicero 'formam' dicens numerum Aristotelis potius quam Theophrasti terminologiam videtur sequi: ille enim scribit (c. 8 in.): τὸ δὲ σχῆμα (= forma) τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον (modus) εἶναι μήτε ἄρρυθμον.

2) His tota περὶ συνθέσεως doctrina dividitur in ἁρμογήν (ad quam pertinet μέλος), σχήματα, doctrinam periodi, ῥυθμόν.

animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas ... Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, quin vocalis nolit coniungere. 151 In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas litteras tantopere fugerit, etsi idem magister eius Isocrates fecerat[1]); at non Thucydides; ne ille quidem haud paullo maior scriptor Plato nec solum in iis sermonibus, qui διάλογοι dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione (Μενέξενος), qua mos est Athenis laudari in contione eos qui sint in proeliis interfecti .... In ea est crebra ista vocalium concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugit Demosthenes.[2])

or. 162: Sed quia rerum verborumque iudicium in prudentia est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intellegentiam (λόγος) referuntur, haec ad voluptatem (τέλος ἡδονῆς), in illis ratio (λόγος) invenit, in his sensus (ἄλογος αἴσθησις) artem.[3]) Aut enim neglegenda fuit voluptas aurium ... aut ars eius conciliandae reperienda.

163 Duae sunt igitur res, quae permulceant aures:

---

1) Commemoratur lex illa, quam Isocrates (fr. 6) tulerat de hiatu vitando, cuius nimia observatio reprehenditur. Quod certissimum est Theophrasteae doctrinae vestigium, praesertim cum in iis, quae sequuntur, egregium deprehendatur Graecarum litterarum studium.

2) §§ 152—161 ad Latinorum usum pertinent.

3) Cum hic commemorentur τέλος ἡδονῆς atque ἄλογος αἴσθησις iam manifestum est Theophrastum loqui.

sonus (μέλος) et numerus. De numero mox, nunc de sono quaerimus. Verba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia (καλὰ ὀνόματα), sed ea non ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio.

3. *De 'bonis' verbis, quae ut primum compositionis elementum, efficiunt eum sonum (μέλος) qui praeter ῥυθμὸν oratori servandus est, extat Theophrasti fragmentum apud Dionysium de comp. verb. c. 16 (vol. II pg. 16, 11 U.-R.)*[1] εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων (i. e. de bonitate verborum) καὶ Θεοφράστῳ (fr. I a S) τῷ φιλοσόφῳ κοινότερον ἐν τοῖς περὶ λέξεως, ἔνθα ὁρίζει τίνα ὀνόματα φύσει καλά, παραδείγματος ἕνεκα[2]) ὧν συντιθεμένων καλὴν οἴεται καὶ μεγαλοπρεπῆ γενήσεσθαι τὴν φράσιν καὶ αὖθις ἕτερα μικρὰ καὶ ταπεινά, ἐξ ὧν οὔτε ποίημα χρηστὸν ἔσεσθαί φησιν οὔτε λόγον. καὶ μὰ Δία οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα εἴρηται τῷ ἀνδρί· εἰ μὲν οὖν ἐγχωροίη πάντ' εἶναι τὰ μόρια τῆς λέξεως, ὑφ' ὧν μέλλει δηλοῦσθαι τὸ πρᾶγμα, εὔφωνά τε καὶ καλλιρρήμονα, μανίας ἔργον ζητεῖν τὰ χείρω. εἰ δὲ ἀδύνατον εἴη τοῦτο, ὥσπερ ἐπὶ πολλῶν ἔχει, τῇ πλοκῇ καὶ μίξει καὶ παραθέσει πειρατέον ἀφανίζειν τὴν τῶν χειρόνων φύσιν.[3])

1) Dionysius de comp. verb. c. 14—16 exponit μέλος effici ex litterarum et syllabarum natura.

2) παραδείγματος ἕνεκα dicens Dionysius significat καλὰ ὀνόματα non solum ad doctrinam περὶ συνθέσεως, sed etiam ad delectum verborum pertinere.

3) Luce clarius est Theophrastum non solum docuisse deteriora et meliora esse compositionis elementa, sed etiam addidisse, quo modo illis supersedere ac his recte uti possemus. Putabimus igitur etiam praeceptum de mixtura deteriorum compositionis elementorum cum praestantioribus Theophrasto esse adscribendum.

Addas locum Demetrii 173 (qui pertinet ad σύνθεσιν γλαφυράν): ὡρίσατο δὲ αὐτὰ (sc. καλὰ ὀνόματα) Θεόφραστος (fr. Ib S) οὕτως· κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδὺ ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον.[1])

4. *Sequatur Quintiliani excerptum Theoprasteum huc pertinens:*

IX 4, 32: Iunctura (ἁρμογή) sequitur. Est in verbis, incisis (κόμματα), membris (κῶλα), periodis: omnia namque ista et virtutes et vitia in complexu habent.

33 Atque, ut ordinem sequar, primum sunt quae imperitis quoque ad reprehensionem notabilia videntur, id est quae, commissis inter se verbis duobus, ex ultima prioris ac prima sequentis syllaba, deforme (αἰσχρόν) aliquod nomen efficiunt (cf. VIII 3, 45).

Tum vocalium concursus; qui cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio.

Pessimae longe, quae easdem (sc. longas) inter se litteras committunt, sonabunt ... minus peccabit, qui longis breves subiciet ... minima est in duabus brevibus offensio.[2])

35 Non tamen id ut crimen ingens expavescendum est, ac nescio neglegentia in hoc an sollicitudo sit prior. Inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi et a potioribus avertat. Quare ut negligentiae

---

1) Latior est Demetrii definitio quam Dionysii. Sane huc nihil facit quam definitionis pars prior: κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ... ἡδύ. Nam ὄψις et διάνοια ad delectum non ad compositionem verborum pertinent.

2) Haec Theophrastea esse ex Demetrii consensu verisimile est. Apud quem 207 haec legimus; φευκτέον οὖν καὶ τὰς τῶν μικρῶν στοιχείων συμπλήξεις καὶ εἴπου βραχέα συγκρουστέον βραχέσιν . . . ἢ βραχέα μακροῖς ὡς 'ἠέλιος' ἢ ἀμῶς γέ πως διὰ βραχέων.

pars hoc pati, ita humilitatis ubique perhorrescere, nimiosque non immerito in hac cura putant omnes Isocraten secutos praecipueque Theopompum. 36 At Demosthenes et Cicero modice respexerunt ad hanc partem.[1])

Nam et coeuntes litterae, quae cυναλοιφαί dicuntur, etiam leviorem faciunt orationem, quam si omnia verba suo fine claudantur.[2])

Et nonnumquam hiulca etiam decent faciuntque ampliora quaedam[3]) ...

Praeterea procul dubio ex Theophrasto fluxit Isocratis fr. 6. Blass, quod a Quintiliano § 41 exhibetur:

videndum etiam, ne syllaba verbi prioris ultima et prima sequentis sit eadem: quod ne quis praecipi miretur, Ciceroni in epistulis excidit, 'res mihi invisae visae sunt: Brute' et in carmine: 'o fortunatam, natam me consule Romam'.

Syrianus in Hermog. vol. I pg. 28, 6 Rabe (=Rhet. Gr. V 469, 8 et VI 156, 19) τοcοῦτον γὰρ πεφρόντικε τῆc καθαρότητοc τῆc λέξεωc ὁ ἀνὴρ (sc. Ἰcοκράτηc) ὡc καὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ τέχνῃ τοιάδε παραγγέλλειν περὶ τῆc λέξεωc· δεῖ ἐν τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ cυνεμπίπτειν ... μηδὲ τελευτᾶν καὶ ἄρχεcθαι ἀπὸ τῆc

1) Cum Quintilianum in particula de iunctura maxime Isocratis impugnare sententias videamus, iam ea ex re elucet Theophrasti subesse doctrinam.

2) cf. Demetr. 70: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν cυναλοιφῇ μὲν λεγόμενα δύcφωνα ἦν, διαιρεθέντα εὐφωνότερα.

3) cf. Demetr. 72: ἐν δὲ τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι cύγκρουcιc παραλαμβάνοιτ' ἂν πρέπουcα ἤτοι διὰ μακρῶν.

αὐτῆς συλλαβῆς οἷον· εἰ-
ποῦσα σαφῆ, ἥλικα καλά,
ἔνθα Θαλῆς.

III. *Περὶ σχημάτων.*[1])

1. *Initium capiamus a Caecilii Calactitae περὶ σχημάτων doctrina*[2]), *cuius σχημάτων divisio haec est:*

Una est species figurarum, quae in uno tantum verbo locum habet (ex. gr. 'dixti' pro 'dixisti'); alterum genus est earum figurarum, quae ad totam verborum comprehensionem pertinet (ex. gr. ἀναδίπλωσις).[3]) *Illas grammaticas (IX 3, 27), has rheto-*

---

1) Antiqua doctrina unam solam 'figurarum' speciem novit: h. e. eas quae postea σχήματα λέξεως vocantur. quae enim vulgo feruntur σχήματα διανοίας omnino Theophrasti aetati ignota erant. Σχήματα λέξεως autem re vera sunt συνθέσεως ἐκτροπαί (Ps.-Plut. de vita et poesi Hom. II 27 in.) h. e.: compositionem verborum mutant. Itaque περὶ συνθέσεως doctrinae subicienda sunt ut fit apud Ciceronem or. 134: 'Et reliqua ex collocatione verborum, quae sumuntur quasi lumina (= σχήματα) etc.' Quintil. IX 4, 58: 'Collocatio autem verba iam probata et electa et velut assignata sibi decet conectere ... tamen ... permiserim et adicere (sc. quaedam verba), dum non otiosa, et detrahere, dum non necessaria, et figuris mutare casus et numeros.' Hic enim habes tres figurarum species (προσθήκη, ἀφαίρεσις, ἀλλοίωσις); cf. etiam IX 4, 147: (compositionis) tres partes: ordo (τάξις), coniunctio (ἁρμογή) numerus, (ῥυθμός); ratio in adiectione, detractione, mutatione.' Expressis verbis σχήματα subiciuntur compositioni apud Demetrium 59: τὰ δὲ σχήματα τῆς λέξεώς ἐστι μὲν καὶ αὐτὰ συνθέσεώς τι εἶδος.

2) Caecilii doctrina restitui potest ex Quintiliano (IX 3), Phoebammone (Rh. Gr. III 33 sqq.) et Tiberio (Rh. Gr. III 59 sqq.); cf. E. Ofenloch, Caecilii fragmenta, Lipsiae 1907, pg. 32 sqq.

3) cf. Fortunatianum Rh. lat. min. pg. 126, 25 H. 'genera figurarum quot sunt? tria: λέξεως, λόγου, διανοίας. Quae eorum differentia est? Quod λέξεως in singulis verbis fiunt ... λόγου vero in elocutionis compositionibus.' addas etiam

ricas figuras (IX 3, 28) Quintilianus vocat. Prius genus Quintilianus (IX 3, 27) fieri dicit per: mutationem, adiectionem, detractionem, ordinem. Quarum specierum tres posteriores etiam in figuris rhetoricis vigere ex Quintiliano perspicitur. Prima ('mutatio'), quoniam ad singula tantum verba propter rei naturam pertinere potest, hic locum non habet: pro ea novum accedit genus (Quint. IX 3, 66—86), figuras dico 'anthiteticas', quae ad tota enuntiata sola pertinent.

Cum Quintiliano consentit Phoebammon (Rhet. Gr. III 45, 15 Sp.): δέον εἰδέναι ὅτι πάντα τὰ σχήματα κατὰ δ̄ γίνονται τρόπους ἤτοι αἰτίας· κατὰ ἔνδειαν (= detractio), κατὰ πλεονασμὸν (= adiectio), κατὰ μετάθεσιν (= ordo), κατὰ ἐναλλαγήν (= mutatio). [1])

Duo ex quattuor illis generibus Caecilio expresse adscribit Tiberius (III 80, 13 et 18 = fr. 74, 75 Ofenloch) ἀφαίρεσιν (= detractio) et ἀλλοίωσιν (= mutatio).

2. *Quattuor illae Caecilii species iam apud Aristotelem leguntur in arte poetica c. 22.* [2]) *Nam pg. 1458 A 22 haec ξενικά enumerantur: γλῶττα, μεταφορά, ἐπέκτασις καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον. Quibus ultimis verbis profecto aliae species ξενικῶν comprehenduntur, inter quas sine dubio agnoscendae sunt ἀποκοπαὶ et ἐξαλλαγαί, quae pg. 1458 B 2 una cum ἐπεκτάσει*

---

locum pg. 127, 14: Quot modis struimus? Quattuor. Quibus? Conversione verborum, adiectione, detractione, immutatione.

1) H. e.: In uno verbo fit figura, si una aut plures litterae vel adduntur, vel detrahuntur, vel transponuntur, vel mutantur. — Manifestum igitur est re vera figuras ad compositionem pertinere. Quattuor specierum exempla perspicuitatis gratia addam: adiectio: 'τουτονί' pro 'τοῦτον'; detractio: 'dixti' pro 'dixisti'; ordo: 'χωροφιλεῖν' pro 'φιλοχωρεῖν'; mutatio: 'plenum vino' pro 'plenum vini'.

2) In arte rhetorica res ideo non accuratius tractata est, quod Aristoteles (ut ex loco III c. 2 pg. 1404 B 7 elucet) ipse lectorem quod ad genera ξενικῶν attinet ad artem poeticam relegavit.

enumerantur. Quibus ex speciebus ἐπέκτασις *sine dubio eadem est atque Caecilii* προσθήκη, ἀποκοπή *est Caecilii* ἀφαίρεσις, ἐξαλλαγή *autem (cuius nomen Quint. IX 3, 2 exhibet) eadem est atque Phoebammonis* ἐναλλαγή *h. e. Caecilii* ἀλλοίωσις.[1]) *Neque quarta species* (μετάθεσις) *deest, licet apud Aristotelem termino technico careat. Sed leguntur haec* μεταθέσεως *exempla pg. 1458 B 33:* δωμάτων ἀπὸ *(pro:* ἀπὸ δωμάτων) *et pg. 1459 A 1:* Ἀχιλλέως πέρι. *Itaque contendi potest Aristotelem in art. poet. c. 22 haec* ξενικῶν *genera exhibere:* γλῶττα, μεταφορά, διπλᾶ ὀνόματα, *quattuor* σχημάτων *species:* ἐπέκτασις, ἀποκοπή, μετάθεσις, ἐξαλλαγή.[2])

3. *Eadem* ξενικῶν *genera etiam Theophrastus exhibuit in libro* περὶ λέξεως. *Nam loco Simplicii in Aristot. categ. 3 ed. Bas. (de quo cf. supra pg. 15) haec Theophrasti libri enumerantur argumenta:*

1. πότερον ὄνομα καὶ ῥῆμα τοῦ λόγου στοιχεῖα ἢ καὶ ἄρθρα καὶ σύνδεσμοι καὶ ἄλλα τινά,

2. καὶ τίς ἡ κυρία λέξις, τίς δὲ ἡ μεταφορική,

3. καὶ τίνα τὰ πάθη αὐτῆς· οἷον τί ἀποκοπή, τί συγκοπή, τί ἀφαίρεσις, τίνες αἱ ἁπλαῖ, τίνες αἱ σύνθετοι, τίνες αἱ ὑποσύνθετοι[3]) καὶ ὅσα τοιαῦτα.[4])

---

1) Exempla enim sunt: (pg. 1458 B 34) σέθεν pro σοῦ et νιν pro αὐτόν.

2) Eadem disposito recurrit in cap. 21 ubi primo inter διπλᾶ et ἁπλᾶ, inter κύρια et ξενικὰ ὀνόματα distinctio fit, tum autem haec enumerantur: γλῶττα, μεταφορά, κόσμος, πεποιημένον, ἐπεκτεταμένον, ὑφῃρημένον, ἐξηλλαγμένον. — Accedit ἀντίθεσις cum speciebus suis, quae Rhet. III c. 9 ab Aristotele tractatur sed non figurarum doctrinae subicitur; pertinet enim ad periodum.

3) Quid sibi velint ὑποσύνθετα ὀνόματα mihi non satis liquet; dixeris Theophrastum docuisse quaedam verba ἁπλᾶ quidem videri esse sed tamen latenter esse σύνθετα. Anne cogitandum est de verbis bis vel ter compositis?

4) Dispositio libelli Theophrastei optime consentit cum

4. *Sequatur locus Dionysii de comp. verb. c. 6:* Δοκεῖ μοι τῆς συνθετικῆς ἐπιστήμης τρία ἔργα εἶναι·

I. ἓν μὲν ἰδεῖν τὶ μετὰ τίνος ἁρμοζόμενον πέφυκε καλὴν καὶ ἡδεῖαν λήψεσθαι συζυγίαν.

II. ἕτερον δὲ γνῶναι τῶν ἁρμόττεσθαι μελλόντων πῶς ἂν ἕκαστον σχηματισθὲν κρείττονα ποιήσειε τὴν ἁρμονίαν.

III. τρίτον δέ, εἴ τι δεῖται μετασκευῆς τῶν λαμβανομένων, ἀφαιρέσεως λέγω καὶ προσθήκης καὶ ἀλλοιώσεως.[1])

Aristotelis (art. poet. c. 21 et 22) enumeratione. Invicem enim haec sibi respondent:

Aristoteles:	Theophrastus:
γλῶττα, μεταφορά	τίς ἡ κύρια λέξις, τίς ἡ μεταφορική
διπλᾶ ὀνόματα	τίνες αἱ ἁπλαῖ, τίνες αἱ σύνθετοι
ἐπέκτασις, ἀποκοπή, ἐξαλλαγή	τί ἀποκοπὴ καὶ συγκοπή, τί ἀφαίρεσις.

Ex hac reponsione elucet re vera Aristotelis illas quattuor σχημάτων species etiam Theophrastum habuisse. — Theophrastus profecto Aristotelis ἀποκοπήν vocavit ἀφαίρεσιν accuratiore usus terminologia: nam ἀποκοπήν sine dubio appellavit ἀφαίρεσιν in fine verbi, cum συγκοπή sit detractio media in voce. Si autem ἀφαίρεσιν Theophrastus habuit, neque ceteras σχημάτων species apud eum defuisse contendi potest.

1) Manifesto Dionysius de earum quas pertractat rerum mutua ratione non recte sensit: male enim sub II totum genus (σχήματα), sub III figurarum species quattuor proponit. Re vera igitur non tria, sed duo sola συνθετικῆς ἐπιστήμης ἔργα exhibet: ἁρμογήν (I) et σχηματισμόν (II, III). Praeterea apud eum μετασκευῆς notio perperam comprehendit reliquas tres figurarum species. Nam μετασκευή Dionysii procul dubio nihil aliud est quam Caelii μετάθεσις, cuius exemplum Dionysius ipse nobis suppeditat (vol. II pg. 29, 9 U.-R.).

5. *Sequatur Ciceronis doctrina περὶ σχημάτων*[1]:

or. 164: nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus. Et finiuntur aut ipsa compositione[2] aut quasi sua sponte, ut quaedam genera verborum, in quibus ipsis concinnitas inest: quae sive casus habent in exitu similes (ὁμοιόπτωτον), sive paribus paria redduntur (πάρισον), sive opponuntur contraria (ἀντίθετον), suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria.

---

1) In Ciceronis oratore Theophrasteae περὶ σχημάτων doctrinae vestigia duobus inveniuntur locis: §§ 164—167, ubi antitheticae figurae tractantur et 135, ubi figurae ad ceteras species (προσθήκη, ἀφαίρεσις, μετάθεσις) pertinentes enumerantur — ἀλλοίωσιν scilicet ut Latini sermonis minus propriam silentio Cicero praeterivit. Exhibet autem Cicero or. 135 (cui loco respondet de or. III 206, 207) seriem figurarum quae mirum in modum consentit cum enumeratione auctoris ad Herenn. (IV 18—44) et figuris a Demetrio commemoratis, quaeque facillime cum σχηματισμοῦ speciebus Aristotelicis consociari potest. Series enim figurarum ab auctore ad H. et Cicerone sine ulla dispositione enumerata distinguenda est duce Quintiliano (IX 3). Quo facto elucet auctori ad H., Ciceroni, Demetrio unam eandemque σχημάτων tabellam ad Aristotelis Theophrastique doctrinam aptissimam ad manus fuisse, quam in appendice restituimus. — Ceterum patet Ciceroni antitheticas figuras (or. 164—167) cum ceteris speciebus (or. 135) coniungendas fuisse, praesertim cum etiam or. 135 ἀντίθετον commemoretur. Cicero autem illas solas accuratius tractavit §§ 164—167, ceterarum specierum nomina sola apponere contentus loco haudquaquam apto (or. 135) h. e. post delectum verborum (§ 134) et ante συνθέσεως doctrinam (or. 140 sqq.).

2) Περίοδον artificiosam in mente habet Cicero.

165 In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.[1])

166 Semper haec, quae Graeci ἀντίθετα nominant, cum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt etiam sine industria. 167 Hoc genere antiqui iam ante Isocraten delectabantur et maxime Gorgias cuius in oratione plerumque efficit numerum ipsa concinnitas.

IV. *Περὶ ῥυθμῶν.*[2])

1. *Origo rhythmi tractatur a Cicerone or. 174—176*[3]):

Qui Isocraten maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primum adiunxerit. Cum enim videret oratores cum se-

1) cf. or. 175. Id quod Gorgias hic σχήματων εὑρετής ponitur, procul dubio Theophrasti subesse doctrinam demonstrat, qui (or. 40) numerorum εὑρετήν posuit Thrasymachum. — Σχημάτων inventio Gorgiae etiam a Suida (s. v.) tribuitur. Timaei de hac re testimonium FHG I p. 216) habet Dionys. de Lys. 3 (Vol. I pg. 10, 21); ex eodem hausit Diodor. XII 53.

2) Praeclare Theophrasti ingenium prae se fert Ciceroniani 'oratoris' disputatio de numeris (§§ 168—229), in quam etiam disputatio de periodis inserta est (§§ 121, 222; 207—212). Accedunt ex III. de orat. libro §§ 173—198. — Ciceronis rerum ordinem, quo argumenta reapse cohaerentia saepius separantur, nonnullis locis reliquimus. Sed ea dispositio quam or. 174 exhibet ('primum ergo origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptae atque numerosae') omnino egregia est Theophrastique propria esse videtur; nam etiam in capite περὶ λόγου χαρακτήρων agitur de eorum causa (or. 36, 52, 53), origine (37—42), usu (70—74), natura (75—99).

3) or. 168—171 ubi 'neo-attici' impugnantur Ciceroni ipsi debemus, §§ 172—173 aperte ex Theophrasto excerptae sunt. quibus suo loco utemur.

veritate audiri, poetas autem cum voluptate[1]), tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteretur, cum iucunditatis causa tum ut varietas occurreret satietati. 175 Quod ab iis vere quadam ex parte, non totum dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam exstant scripta numerose. Nam ut paulo ante (§ 165) dixi paria paribus adiuncta (πάρισα) et similiter definita (ὁμοιοτέλευτα) itemque contrariis relata contraria (ἀντίθετα), quae sua sponte, etiam si id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primum invenit, sed iis est usus intemperantius . . . .
176 Horum uterque Isocraten aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. Est enim, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et his festivitatibus — sic enim ipse censet — insolentius abutitur; quas Isocrates tamen, cum audivisset adulescens in Thessalia senem iam Gorgiam, moderatius temperavit. Quin etiam se ipse tantum quantum aetate procedebat — prope enim centum confecit annos — relaxarat a nimia necessitate numerorum, quod declarat in eo libro,

---

1) Hic profecto duo τέλη Theophrastea opponuntur: κάλλος (species severior) et ἡδονή (voluptas). Dicitur autem Isocrates poetarum ornamenta ad prosam orationem accommodavisse, qua de re conferas Aristotelis iudicium Rhet. III 1 pg. 1404 A 26 ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις οἷον ἡ Γοργίου· καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων τοὺς τοιούτους οἴονται διαλέγεσθαι κάλλιστα.

quem ad Philippum Macedonem scripsit[1]), cum iam ad modum esset senex: in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset; ita non modo superiores sed etiam se ipse correxerat.[2])

2. *Causa rhythmi tractatur a Cicerone or. 177 sq.*[3]):

a) or. 177: Sic aperta est (sc. causa rhythmi), ut mirer veteres non esse commotos, praesertim ... cum fortuito saepe aliquid ... concluse dicerent. Quod cum animos hominum aurisque pepulisset ... notandum certe genus atque ipsi sibi imitandi fuerunt.

Aures ipsae enim vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continent vocum omnium recensionem. cf. de or. III 185 sq.

178 ... ut igitur poeticae versus inventus est terminatione aurium, observatione (παρατήρηcιc) pru-

1) Isocrat. Philipp. 27: οὐδὲ γὰρ ταῖc περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίαιc καὶ ποικιλίαιc κεκοcμήκαμεν αὐτὸν (sc. τὸν λόγον) αἷc αὐτόc τε νεώτεροc ὢν ἐχρώμην καὶ τοῖc ἄλλοιc ὑπέδειξα, δι᾽ ὧν τοὺc λόγουc ἡδίουc ἂν ἅμα καὶ πιcτοτέρουc ποιοῖεν.

2) Hic cum coniuncte tradatur Thrasymachum numeros, Gorgiam cχήματα invenisse utriusque rei usum perfecisse Isocratem iam de Theophrasto, ut totius disputationis auctore amplius dubitari non potest, quem medii generis εὑρετὴν Thrasymachum, τελειωτὴν Isocratem fecisse scimus. — Praeterea totus locus egregia doctrina refertus est, ut Theophrastus ipse loqui videatur. Minus accuratam doctrinam exhibet de or. III 173: 'idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa — quemadmodnm scribit discipulus eius Naucrates — numeris adstringeret.' Conferas etiam Quintil. IX 3, 74: 'Gorgias in hoc immodicus, copiosus aetate utique prima Isocrates fuit.'

3) Ex Ciceronis ipsius dispositione duae tantum paragraphi (177, 178) ad causam rhythmi pertinent. Sed re vera huc spectant etiam §§ 173, 185—187, 228.

dentium, sic in oratione animadversum est . . . esse quosdam certos cursus . . . verborum.

b) or. 173: In versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior . . . omnium longitudinum et brevitatum, in sonis (μέλη) sicut acutarum graviumque vocum iudicium, ipsa natura in auribus nostris collocavit.

cf. de or. III 195: Omnes . . . tacito quodam sensu[1]) (ἄλογος αἴσθησις) sine ulla arte aut ratione, quae sint in artibus ac rationibus recta ac parva diiudicant . . . 196 . . . Quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum (μέτρα)? At in iis si paulum modo offensum est . . . theatra tota reclamant.[2])

c) or. 185: Sed ut in ceteris rebus necessitatis inventa antiquiora sunt quam voluptatis, ita in hac re accidit . . . 186 Itaque et Herodotus et eadem superior aetas numero caruit, nisi quando temere ac fortuito, et scriptores perveteres de numero nihil omnino . . . nobis reliquerunt.

cf. de or. III 181: Evenit ut utilitatem ac proprie necessitatem suavitas quaedam et lepos consequatur. Clausulas enim atque interpuncta verborum animae interclusio atque angustiae spiritus attulerunt.

1) Terminum Graecum Cicero ita in sermonem latinum vertit, quasi ‘λόγος’ non sit ‘ratio’, sed ‘elocutio’. Rectius dici poterat ‘irrationalis’.

2) cf. Dionysium de comp. verb. c. 11 (vol. II pg. 38, 21 U.-R.) ἤδη δ’ ἔγωγε καὶ ἐν τοῖς πολυανθρωποτάτοις θεάτροις, ἃ συμπληροῖ παντοδαπὸς καὶ ἄμουσος ὄχλος, ἔδοξα καταμαθεῖν ὡς φυσική τις ἁπάντων ἐστὶν ἡμῶν οἰκειότης πρὸς ἐμμέλειάν τε καὶ εὐρυθμίαν. — Dionysius saepius habet ἄλογον αἴσθησιν: vol. I p. 19, 9; 20, 1; 183, 4; 237, 16; 330, 1; vol. II pg. 58, 13.

Quae ad verba addas de or. III 178: Sed ut in plerisque rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata, sic in oratione, ut ea, quae maximam utilitatem in se continerent, plurimum eadem haberent vel dignitatis vel saepe etiam venustatis.[1])

d) de or. III 177: nihil est ... tam tenerum neque tam flexibile neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. Ex hac vorsus, ex eadem dispares numeri conficiuntur; ex hac etiam multorum ... generum oratio ... itaque, ut tum graves sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus, sic institutam nostram sententiam (προαίρεϲιν) sequitur orationis genus.[2])

---

1) En tria illa Theophrasti τέλη, quibus supra genera dicendi inservire vidimus: necessitas (ἀνάγκη), venustas (ἡδονή), dignitas (κάλλοϲ). Idem igitur Theophrastus, Ciceronis auctor, docuit de numeris quod de metaphora: h. e.: primum necessitatis, deinde voluptatis causa esse adhibitos. Itaque etiam ἄλογον αἴϲθηϲιν, alteram numeri causam, indubitate Theophrasto tribuemus. — Toti sententiarum connexui praeterea adnumerandus esse videtur locus or. 228—230, ubi exponitur numeros non solum speciei sed etiam utilitati inservire.

2) Tertiam hic Theophrastus addidit causam rhythmi: flexibilitatem dico orationis. Nam Theophrasteum esse Cieeronis locum ea de causa dixerim quod ultima verba artissime cohaerent cum iis, quae Theophrastus de causa generum dicendi exposuit (or. 52) 'nam cum est oratio mollis et tenera et ita flexibilis, ut sequatur, quocumque torqueas, tum et naturae variae et voluntates (προαιρέϲειϲ) multum inter se distantia effecerunt dicendi genera.' Constat itaque Theophrastum docuisse flexibilitate orationis effici varia rhythmorum genera. Atque ratio, quae interest inter numeros et dicendi genera, explicatur praeterea or. §§ 53 et 187.

3. *De numeri natura disputat Cicero or. 179—198* [1]), *quae disputatio duas in partes potest dividi: in translationem VIII capitis Aristotelici et duo Theophrasti ad Aristotelis caput additamenta.*

a) *Primo igitur Ciceronis cum Aristotele consensum proponamus:*

Aristoteles:	Cicero:
pg 1408 B 21 τὸ δὲ ϲχῆμα τῆϲ λέξεωϲ δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι μήτε ἄρρυθμον· τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον· πεπλάϲθαι γὰρ δοκεῖ ... τὸ δὲ ἄρρυθμον ἀπέραντον	or. § 195 [2]): Nec numerosa esse, ut poëma, neque extra numerum, ut sermo vulgi, debet esse oratio; alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur (cf. or. § 220 et de or. III 175).
δεῖ δὲ πεπεράνθαι μὴ μέτρῳ δὲ ...	§ 187 extr. Perspicuum est ... numeris adstrictam orationem esse debere, carere versibus.
ὁ δὲ τοῦ ϲχήματοϲ τῆϲ λέξεωϲ ἀριθμὸϲ ῥυθμόϲ ἐϲτιν,	§ 188 Nullus est ... numerus extra poeticos, prop-

1) Ex Ciceronis ipsius dispositione hoc argumentum male usque ad § 203 producitur. Praeterea §§ 185 – 187 ad 'causam rhythmi' pertinent; §§ 195—197 spectant μῖξιν atque μεταβολὴν ῥυθμῶν, quod argumentum Cicero ipse (or. 204) 'usui rhythmorum' assignavit. Altera ex parte res nonnullae re vera ad 'naturam' pertinentes (§§ 215; 218; 220; 227; 228) ad 'usum' relegatae sunt.

2) Haec verba in disputationem περὶ ῥυθμῶν μεταβολῆϲ ad 'usum' pertinentem interposita sunt.

οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά

terea quod definita sunt genera numerorum.

διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή

§ 173 (Aristoteles) versum in oratione vetat esse, numerum iubet ... Theodectes ... hoc idem ... praecipit; Theophrastus (fr. XIII S) vero iisdem de rebus etiam accuratius.

ποίημα γὰρ ἔσται· ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς

§ 198 Nec vero is est cursus numerorum, nihil ut fiat extra modum; nam id quidem esset poema ... atque id in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit. cf. de or. III 184: Namque ego illud adsentior Theophrasto (fr. XV S), qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non astricte sed remissius numerosam esse oportere. cf. etiam de or. III 176.

τοῦτο δὲ ἔσται ἐὰν μέχρι του ᾖ

§ 199 solet autem quaeri, totone in ambitu verborum numeri tenendi sint an in primis partibus atque in

extremis; plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam.

τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος cεμνὸc ἀλλὰ λεκτικῆc ἁρμονίαc δεόμενοc

ὁ δ' ἴαμβοc αὐτή ἐcτιν ἡ λέξιc ἡ τῶν πολλῶν

§ 192 Quod longe Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem quam desideret soluta oratio, iambum, autem nimis e vulgari esse sermone. cf. de or. III 182: Nam cum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles ... Quare primum ad heroum nos invitat.

διὸ μάλιcτα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντεc

§ 189 Versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus ... senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus; magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio.

δεῖ δὲ cεμνότητα γενέcθαι καὶ ἐκcτῆcαι

§ 192 Itaque (Aristoteles) neque humilem et abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam probat, plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos, qui audient, ad maiorem admi-

	rationem possit traducere.
ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος . . .	§ 193 Trochaeum autem … cordacem appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habeat; cf. Quint. IX 4, 88: Herous qui est idem dactylus Aristoteli amplior, iambus humilior videatur; trochaeum ut nimis currentem damnet eique cordacis nomen imponat; eademque dicant Theodectes ac Theophrastus (fr. XIX S).
pg. 1409 A 2 λείπεται δὲ παιάν	ita paeana probat
ᾧ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι οὐκ εἶχον δὲ λέγειν τίς ἦν	eoque ait uti omnes sed ipsos non sentire, cum utantur
ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων.	esse autem tertium ac medium inter illos
τρία γὰρ πρὸς δύ' ἐστίν, ἐκείνων δὲ ὁ μὲν ἓν πρὸς ἕν, ὁ δὲ δύο πρὸς ἕν· ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν.	et ita factos eos pedes esse, ut in eis singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par.
οἱ μὲν ἄλλοι διά τε τὰ εἰρημένα ἀφετέοι καὶ διότι μετρικοί· ὁ δὲ παιὰν ληπτέος·	§ 194 Iambus enim et dactylus in versum cadunt maxime . . . paean autem minime est aptus ad versum,

	quo libentius eum recepit oratio.
ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔcτι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν ὥcτε μάλιcτα λανθάνειν.	§ 218 Iam paean, quod plures habet syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur.
νῦν μὲν οὖν χρῶνται τῷ ἑνὶ παιᾶνι καὶ ἀρχόμενοι καὶ τελευτῶντες· δεῖ δὲ διαφέρειν τὴν τελευτὴν τῆς ἀρχῆς	Est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum (fr. XVIII S) Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel . . . cadenti.
ἔcτιν δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις, ὧν τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ ἁρμόττει ὥcπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ᾿ ἐcτίν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρά, τελευτῶcιν δὲ τρεῖc βραχεῖαι (sequuntur exempla), ἕτερος δ᾿ ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουcιν τρεῖc, ἡ δὲ μακρὰ τελευταία (sequitur exemplum), οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ.	§ 215 (Paean) commodissime putatur in solutam orationem inligari, cum sit duplex. Nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut et totidem brevibus et longa, in quem optime cadere censent veteres (= de or. III 183). § 194 Atque haec, quae sunt apud Aristotelem eadem a Theophrasto (fr. XVI S) Theodecteque de paeane dicuntur.
ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴc εἶναι ποιεῖ κολοβόν·	§ 218 Paeana . . . . . . dixit aptiorem (sc. in fine) in quo esset longa postrema.

ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι

§ 217 extr. ... (nihil interest) postrema syllaba brevis an longa sit.[1])

καὶ δήλην εἶναι τὴν τελευτὴν μὴ διὰ τὸν γραφέα μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν ἀλλὰ διὰ τὸν ῥυθμόν

§ 228 Numerum ... adhibere necesse est ... quod ait Aristoteles et Theophrastus (fr. XIV S), ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii sed numero coacta debet insistere.

cf. de or. III 173. Interspirationis enim, non defatigationis nostrae, neque librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt.[2])

b) *Sequuntur ea quae Theophrastus ad Aristotelis caput VIII*

---

1) Hic Cicero Aristotelis sententiam novit quidem sed consulto eam reiecit.

2) Aristotelis caput VIII Ciceronem non ex Aristotele ipso hausisse, sed Aristotelis doctrinam ex solo Theophrasti περὶ λέξεως libro ei innotuisse ex Theophrasti fragmentis (XIII, XIV, XV, XVI, XVIII) elucet, quae in Ciceronis enarratione capitis Aristotelici occurrunt. Quod praecipue demonstratur loco de or. III 184 (= fr. XV S), ubi Aristotelica verba 'ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς' Theophrasto soli adscribuntur. Porro fragmento XIV (or. 228) Aristotelis sententia plenior atque absolutior legitur. Patet igitur Ciceronis auctorem Aristotelis nomen ea sola de causa laudavisse, quia apud Theophrastum legebatur.

addidit dua argumenta. α) Prius est de dithyrambicis et comicis poetis[1]:

or. 187 extr. Perspicuum est igitur numeris astrictam orationem esse debere, carere versibus (= Aristot. pg. 1408 B). 188 Sed hi numeri poeticine sint an ex alio genere quodam deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poeticos, propterea quod definita sunt genera numerorum (= Aristot. pg. 1408 B).

Nam omnis talis est, ut unus sit e tribus. Pes enim qui adhibetur ad numeros partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut aequalem esse alteri parti (γένος ἴσον) aut altero tanto (γένος διπλάσιον) aut sesqui (γένος ἡμιόλιον) esse maiorem. Ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesquiplex paean; qui pedes in orationem non cadere qui possunt? ...

189 ... Incidere vero omnis (pedes poeticos) in orationem etiam ex hoc intellegi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus ... senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus; magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio.[2]) Sed tamen eos ver-

---

1) Sententiarum connexus is est, ut post Aristotelis verba ‘οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά’ (h. e. omnia poetarum metra etiam in prosam orationem incidunt; cf. or. 188: nullus est ... numerus extra poeticos) subiciatur enumeratio generum metricorum eo consilio, ut demonstretur re vera ‘eosdem esse numeros oratorum et poetarum’ (or. 227). Quod duabus ex rebus efficitur: a) Comicorum senarii prosae orationis simillimi sunt (or. 189, 184); b) Dithyrambus, si sine lyra et cantu recitatur, prosa oratio videtur esse (or. 183).

2) Aristot. Rhet. III 8 διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες.

sus facile agnoscit auditor; sunt enim usitatissimi; inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos sed tamen versus ...

Quae autem sint μέτρα illa minus usitata elucet ex § 183 sq.:

Sed in versibus res (h. e. ῥυθμός) est apertior (sc. quam in prosa oratione) quamquam etiam a modis (μέτρα) quibusdam, cantu remoto, soluta esse videatur oratio (sc. dithyrambicorum poetarum) maximeque id in optimo quoque eorum poetarum qui λυρικοί a Graecis nominantur, quos cum cantu spoliaveris, nuda paene remanet oratio. 184 ... At comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut nonnunquam vix in eis numerus et versus intellegi possit.[1])

Addas locum de or. III 185, qui totius rei auctorem ostendit Theophrastum:

Etenim sicut ille (h. e. Theophrastus fr. XV S) suspicatur ex istis modis (μέτρα) quibus hic usitatus versus efficitur (h. e. iambus, trochaeus, dactylus), post anapaestus procerior quidem numerus effloruit, inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus[2]), cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa.[3])

---

1) Ea ex re quod comicorum senarii hic recurrunt elucet coniungendos esse § 189 cum §§ 183, 184. Utraque ex re (dithyrambum dico et comoediam) demonstratur 'nullos esse numeros extra poeticos'.

2) Dithyrambum cum dicit Theophrastus, sine dubio novum significat illum dithyrambum Timothei aliorumque, de quo conferas Dionys. Hal. de comp. verb. c. 19 (vol. II pg. 85, 19 U.-R.).

3) Quae § 190 leguntur: 'elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus ... plerosque

β) *Alterum Theophrasti additamentum est de Ephori περὶ λέξεως libro:*

or. 191: Ephorus autem levis ipse orator et profectus ex optima disciplina paeana sequitur et dactylum, fugit autem spondeum et trochaeum. Quod enim paean habeat tres brevis, dactylus autem duas, brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius contraque accidere in spondeo et trochaeo; quod alter e longis constet, alter e brevibus, fieri alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam.

194 Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intellegit esse aequalem dactylo quem probat. Syllabis enim metiendos pedes, non intervallis existimat[1]); quod idem facit in trochaeo, qui tem-

---

senarios sed etiam anapaestos' artissime cum Theophrasti cohaerent doctrina, qui ipse (or. 189) et iambos et anapaestos (h. e. metrum dithyrambicum; de or. III 185) in prosam incidere orationem docuerat. Sane Hieronymum (cuius de Isocrate iudicium Philodemus vol. I pg. 198 Sudh. et Dionysius de Isocr. 13 laudant) Philoni debet Cicero. Sed similem rem iam in Theophrasti fuisse libro dixerim. Nam quae de Hieronymo dicit Cicero eadem puto de Ephoro sensisse Theophrastum.

Cic. or. 190: Sed tamen hic corrector in eo ipso loco quo reprehendit (sc. versus per imprudentiam adhibitos) ... immittit imprudens ipse senarium.

Theo progym. vol. II pg. 71, 22 Sp. ὁ γοῦν Ἔφορος ἐν τῷ περὶ λέξεως δι' αὐτοῦ τοῦ ἀπαγορεύοντος λόγου μὴ τῇ εὐρύθμῳ χρῆσθαι διαλέκτῳ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ στίχον εἴρηκεν εἰπών. 'πάλιν δὲ περὶ τῆς εὐρύθμου διέξειμι.'

Theonis enim locus, ut omnia quae de Ephori περὶ λέξεως libro nobis servata sunt (cf. infra) ex Theophrasto fluxit.

1) cf. de or. III 183: Est autem paean hic posterior non

poribus et intervallis est par iambo, sed eo vitiosus in oratione, si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt.

cf. Quint. IX 4, 87: Licet igitur paeana sequatur Ephorus, inventum a Thrasymacho probatum ab Aristotele, dactylumque, ut temperatos brevibus ac longis; 88 fugiat molossum et trochaeu malterius tarditate, alterius celeritate damnata.[1])

4. *Sequitur 'usus rhythmi'* [2]):

or. 199: Solet autem quaeri totone in ambitu verborum numeri tenendi sint an in primis partibus atque in extremis; plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam.[3])

---

syllabarum numero sed aurium mensura, quod est acrius iudicium et certius.

1) Ephori doctrinam Ciceronem Theophrasto debere elucet ex loco or. 218: 'Est quidem (paean) ut inter omnes constat antiquos Aristotelem, Theophrastum (fr. XVIII S), Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi.' Perspicuum enim est Theophrastum post rectam magistri doctrinam Ephori falsam sententiam refutavisse. Itaque hoc alterum additamentum ad Aristotelis caput VIII inserendum est inter disputationem de heroo, iambo, trochaeo, paeane (or. 192, 193) et specialem de paeane disputationem (h. e. finem cap. VIII) cuius finis apud Ciceronem or. 194 extr. legitur ('Atque haec sunt quae apud Aristotelem etc.'), cum doctrina ipsa male ad §§ 218 et 215 sit relegata.

2) Quae pars ex Ciceronis dispositione inde a § 204 incipit. Sed eo ipso loco Cicero quaestionem in § 199 tractatam 'usui' adnumerat.

3) Toti quaestioni fundamento sunt Aristotelis verba (c. 8): τοῦτο δὲ ἔϲται ἐὰν μέχρι του ᾖ, cum ultimum fuerint 'naturae' argumentum ea quae apud Aristotelem praecedunt: 'ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶϲ' (or. 198).

cf. de or. III 191: Et si primi et postremi pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere ... 192 ... in oratione ... pauci prima cernunt, postrema plerique.

Quae ex Theophrasto fluxisse demonstratur loco Demetrii περὶ ἑρμηνείας 39: πάντες γοῦν ἰδίως τῶν τε πρώτων μνημονεύομεν καὶ τῶν ὑστάτων καὶ ὑπὸ τούτων κινούμεθα, ὑπὸ δὲ τῶν μεταξὺ ἔλαττον.

Nam in Demetrii § 41 legimus Theophrastum (fr. VI S) hoc dedisse numerosae orationis exemplum: τῶ̄ν μὲ̄ν π˘ρὶ̆ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλο̆σο̆φοῦ̄ντῶ̄ν.[1])

Longam syllabam in fine enuntiati esse ponendam — quod docuit Aristotelis c. 8: 'ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολοβόν, ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι — sine dubio ut cetera magistri praecepta Theophrastus accepit. Itaque ex eo fluxerat de or. III 186:

Quae (sc. membra) si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus ... Quare aut paria esse debent ... extrema primis aut, quod etiamst melius et iucundius, longiora; atque haec quidem ab his philosophis (fr. XVII S), quos tu maxime diligis, Catule, dicta sunt.[2])

Ad Aristotelica praecepta (quae etiam hic totius disputationis fundamentum sunt) Theophrastus de suo addidit ῥυθμῶν μετα-

---

1) Ubi re vera initio tantum enuntiati atque in fine occurrunt ionici puri, medium locum tenent pes 'paeani similis' (⏑–⏑⏑) et paean (–⏑⏑⏑).

2) Aristotelis Theophrastique doctrinam Ciceroni notam fuisse etiam ex or. 218 elucet: Quare, etiam paeana qui dixit aptiorem (sc. Aristoteles) in quo esset longa postrema, vidit parum, quia nihil ad rem est postrema quam longa sit.' Sed ibi Cicero auctoris sui sententiam, quam in de or. III retinuerat, reiecit quod etiam factum est or. 217 extr.

βολήν; quod argumentum male in disputationem 'de natura numeri' insertum[1]) *incipit ab or. 195:*

or. 195: Ego ... sentio omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur[2]) ... 196 Sit igitur (oratio) ... permixta et temperata numeris ... Quos autem numeris cum quibus tanquam purpuram misceri oporteat nunc dicendum est atque etiam quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi.[3])

Iambus enim frequentissimus est in iis quae demisso atque humili sermone dicuntur; 197 paean autem in amplioribus[4]), in utroque dactylus.

Itaque in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi. Sic minime animadvertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis industria.

or. 219[5]): His igitur tot commutationibus (μετα-

---

1) Quod argumentum re vera ad 'usum' pertinere Cicero ipse docet (or. 205): Tum (de usu quaesitum est) :.. in omnibusne numeris aequaliter particulas (κῶλα) deceat incidere an facere alias breviores alias longiores (sc. numerorum commutatione).

2) Quae post verba haud apto loco inseritur initium capitis VIII Aristotelici.

3) In his praecipue cernitur Theophrasti ingenium.

4) Quae verba egregie consentiunt cum Theophrasti fr. VI S (Demetr. 41), ubi ut μεγαλοπρεπείας παράδειγμα exhibetur exemplum 'paeanicum'.

5) Ipse rerum connexus docet § 219 cum 197 esse coniugendam; immo § 219 genuinus est locus disputationis περὶ ῥυθμῶν μεταβολῆς. Nam post disputationem de 'natura' (— § 198) apud Theophrastum sine dubio actum est de vi clausularum

βολὴ ῥυθμῶν) tamque variis si utemur, nec deprehendetur manifesto quid a nobis de industria fiat et occurretur satietati.

De usu numerorum agitur apud Quintilianum IX 4, 89 sqq.: Ut sint tamen aliis (pedibus) alii crebriores, non verba faciunt ... sed transmutatio et collocatio (μεταβολὴ ῥυθμῶν) ... § 91 miscendi ergo sunt (sc. numeri) curandumque, ut sint plures, qui placent, et circumfusi bonis deteriores lateant.[1]) Nec vero in litteris syllabisque natura mutatur, sed refert, quae cum quaque optime coeat.

V. *Περὶ κώλου καὶ περιόδου.*[2])

Demetrius περὶ ἑρμηνείας § 1: ὥσπερ ἡ ποίησις διαι-

(§§ 199, 217, 218) atque post § 218 bene 219 inseritur. Quae autem inter § 199 et § 219 interposita sunt, aut omnino Ciceroni soli debentur — ut §§ 203—205 (ubi summatim quae disputata sunt repetuntur) et §§ 212—216 (ubi variae 'clausulae' enumerantur) — aut de suo loco transposita sunt ut §§ 201, 202 (ex § 68 repetitae) et §§ 206—212 in., quae ad doctrinam de periodo pertinent.

Ad doctrinam de periodo (quae inde ab orat. § 221 sequitur) transitus praebetur §§ 219, 220 (ad quem locum etiam §§ 181, 182, 202 pertinent). Agitur enim de mutua ratione structurae figurarum antitheticarum, numerorum, periodi.

1) Exponitur Theophrasti doctrina de vi μίξεως, quae a Dionysio de comp. verb. c. 16 praebetur; utroque enim loco docetur bonis compositionis elementis deteriora esse occultanda. Quod et ad litteras syllabasque pertinet et ad numeros.

2) Doctrina de periodo et colo ab Aristotele cap. IX tractatur. Sed cum iure expectaveris fore, ut appareat a Cicerone Aristotelis caput IX — Theophrasto scilicet duce — pariter fuisse

ρεῖται τοῖς μέτροις οἷον + ἡμιμέτροις ἢ ἑξαμέτροις ἢ τοῖς ἄλλοις[1]), οὕτω καὶ τὴν ἑρμηνείαν τὴν λογικὴν διαιρεῖ καὶ διακρίνει τὰ καλούμενα κῶλα[2]) καθάπερ

Aristot. Rhet. III c. 9

descriptum atque caput VIII, ea spes miserum in modum fallitur. Atque pergratum in modum accidit, ut Theophrasti de periodo doctrina a Cicerone neglegentius tractata (nihil enim nisi disiecta eius membra habet) plenissime tradatur in Demetrii περὶ ἑρμηνείας libello, qui liber eo ipso loco Theophrastei libri incipit, ubi Ciceronis nos deficit excerptum. Habet enim Demetrius Aristotelis caput IX egregie expressum atque Theophrasti additamentis illustratum. Haud spernendus Theophrasteae doctrinae testis accedit etiam Quintilianus (IX 4, 19—22; 121—130), qui nonnulla Cicerone accuratius tradidit.

Proponendus autem est conspectus argumentorum Aristotelis, Demetrii, Ciceronis, Quintiliani.

Aristoteles	Demetrius	Cicero	Quintilian.
γένεσις περιόδου pg. 1409 A 24—35	§§ 12—14	—	—
periodi et coli natura pg. 1409 A 35—B 17	§§ 1—11	or. 221 sq.	IX 4, 122—124
μῆκος περιόδου pg. 1409 B 17—32	§§ 15—18	or. 221 sq.	125
—	χρῆσις περιόδου §§ 19—21	or. 207—212; 225	126—130; 19, 20
periodi antitheticae pg. 1409 B 32—1410 B 2	§§ 22—29	or. 220	—
ἀρεταὶ περιόδου pg. 1410 B 2, 3	—	—	125 extr.

1) Manifestum est his verbis ea continuari, quae Aristotelis in fine cap. VIII exponit: ibi enim varia metrorum genera enumerantur.

2) Notandum est apud Demetrium de colo ut primo ora-

ἀναπαύοντα τὸν λέγοντά τε καὶ τὰ λεγόμενα αὐτὰ καὶ ἐν πολλοῖς ὅροις ὁρίζοντα τὸν λόγον, ἐπεί τοι μακρὸς ἂν εἴη καὶ ἄπειρος καὶ ἀτεχνῶς πνίγων τὸν λέγοντα.

pg. 1409 B 1: ἡδεῖα δὲ ἡ τοιαύτη (sc. ἡ ἐν περιόδοις λέξις) καὶ εὐμαθής· ἡδεῖα μὲν διὰ τὸ ἐναντίως ἔχειν τῷ ἀπεράντῳ, ... εὐμαθὴς δὲ ὅτι εὐμνημόνευτος.[1])

Dem. § 2: βούλεται μέντοι διάνοιαν ἀπαρτίζειν τὰ κῶλα ταῦτα ποτὲ μὲν ὅλην διάνοιαν . . . ἐνίοτε μέντοι τὸ κῶλον ὅλην μὲν οὐ συμπληροῖ διάνοιαν, μέρος δὲ ὅλης ὅλον· ὡς γὰρ τῆς χειρὸς οὔσης ὅλου τινὸς μέρη αὐτῆς ὅλα ὅλης ἐστὶν οἷον δάκτυλοι καὶ πῆχυς ...

Quint. IX 4, 123: Membrum est sensus numeris conclusus sed a toto corpore abruptus .... remotum a ceteris vim non habet, ut per se manus et pes et caput.

Quando ergo incipit corpus esse? Cum venit extrema conclu-

Aristot. pg. 1409 B 8: δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετε-

tionis 'termino' agi, cum Aristoteles putet sola periodo orationem 'terminari', ideoque minus recte colon subiciat periodo.

1) Aristotelis locus multo ampliora praebet quam Demetrii exile excerptum; aperte enim apud Aristotelem exponitur 'διὰ τί ἡδὺ ἡ περίοδος;' quam quaestionem etiam in Theophrasti librum permigrasse certum est.

sio (περίοδος)... .. Genera eius duo sunt: alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur, alterum, quod constat membris, plures sensus habet.

λειῶσθαι καὶ μὴ διακόπτεσθαι ... v. 13 περίοδος δὲ ἡ μὲν ἐν κώλοις, ἡ δὲ ἀφελής ... v. 16 κῶλον δ' ἐστὶν τὸ ἕτερον μόριον ταύτης· ἀφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον.[1])

Demetr. § 4: δεῖ δὲ οὐ πάνυ μακρὰ ποιεῖν τὰ κῶλα, ἐπεί τοι γίνεται ἄμετρος ἡ σύνθεσις ἢ δυσπαρακολούθητος ... οὔτε δὴ τὸ μή-

Aristot. pg. 1409 B 17: δεῖ δὲ καὶ κῶλα καὶ τὰς περιόδους μήτε μυούρους εἶναι μήτε μακράς .... v. 30 ἁρμόττει γὰρ τὸ τοι-

1) Demetrius hic ex Quintiliano suppleri potest. Demetrius enim (ex ratione disputationis suae) de sola coli et sensus ratione agit, Quintilianus (pariter atque Aristoteles) etiam de periodi et sensus ratione. Aristotelis doctrinam ita in usum suum Quintilianus — Theophrasto ut videtur duce — convertit, ut diceret μονόκωλον periodum unum habere sensum, plures sensus τὴν ἐν κώλοις. Sed etiam apud Demetrium locus ille Aristotelicus expressus est; dico § 34 (qui locus a reliqua disputatione male separatus est) τὸ δὲ κῶλον Ἀριστοτέλης οὕτως ὁρίζεται· ʽκῶλόν ἐστι τὸ ἕτερον μέρος περιόδουʼ εἶτα ἐπιφέρει· ʽγίνεται καὶ ἁπλῆ περίοδοςʼ. οὕτως ὁρισάμενος· ʽτὸ ἕτερον μέροςʼ δίκωλον ἐβούλετο εἶναι τὴν περίοδον δηλονότι. Quo ex loco conicere licet differentiam μονοκώλου et πολυκώλου periodi Theophrasto transitum praebuisse ad disputationem περὶ μήκους περιόδου, quae re vera apud Aristotelem statim post verba ἀφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον sequitur.

κος τῶν κώλων πρέπον τοῖς λόγοις διὰ τὴν ἀμετρίαν οὔτε ἡ μικρότης.[1])

§ 12: γένεσις δ' αὐτῆς (sc. τῆς περιόδου) ἥδε[2])· τῆς ἑρμηνείας ἡ μὲν ὀνομάζεται κατεστραμμένη οἷον ἡ κατὰ περιόδους ἔχουσα ὡς ἡ τῶν Ἰσοκρατείων ῥητορειῶν καὶ Γοργίου καὶ Ἀλκιδάμαντος ...

οὗτον καὶ εἰς τοὺς μακροκώλους λέγειν· αἵ τε λίαν βραχύκωλοι οὐ περίοδος γίνεται.

pg. 1409 A 24: τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην ἢ κατεστραμμένην (v. 35: κατεστραμμένη δὲ ἡ ἐν περιόδοις).

---

1) Longitudo coli apud Aristotelem una cum longitudine periodi tractatur; sed Demetrio, quippe qui colon ante periodum tractaret, alius ordo tenendus erat. — §§ 5—8 ad alias libelli partes pertinent: nam paragrapho quinta anticipatur § 44, sexta § 121, septima et octava § 241 sq., § 9 habet notionem commatis ab antiquiore doctrina alienam (cf. Radermacher in Demetrii editione pg. 66).

In § 10 Demetrius ad notionem periodi procedit: ʽτῶν μέντοι κώλων ... συντιθεμένων πρὸς ἄλληλα συνίστανται αἱ περίοδοι ὀνομαζόμεναι'. Apud Aristotelem contra (minus recte ut videtur) colon periodo subicitur. Itaque etiam in definitione periodi, quam Demetrius in § 10 exhibet, notio coli fundamento est, cum definitio Aristotelica (pg. 1409 A 35) quam Demetrius in § 11 praebet, coli notione omnino careat.

2) Si memoria tenemus Theophrastum de origine rhythmi quaesivisse, hanc Demetrii de origine periodi disputationem procul dubio Theophrasto adscribemus, praesertim cum Demetrius ut periodicae elocutionis exempla commemoret Gorgiam Isocratemque (ex quo etiam Aristoteles omnia in cap. IX exempla sumpsit). — Periodi inventorem Theophrastus videtur fecisse Thrasymachum (cf. or. 40 et 175; et hic pg. 34, 1) v. Suidam s. v.: πρῶτος περίοδον καὶ κῶλον κατέδειξε καὶ τὸν νῦν τῆς ῥητορικῆς τρόπον εἰσηγήσατο.

ἡ δέ τις διῃρημένη ἑρμηνεία καλεῖται, ἡ εἰς κῶλα λελυμένη οὐ μάλα ἀλλήλοις συνηρτημένα, ὡς ἡ Ἑκαταίου καὶ τὰ πλεῖστα τῶν Ἡροδότου καὶ ὅλως ἡ ἀρχαῖα πᾶσα (sequitur exemplum: initium Hecataei).

ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις ἡ ἀρχαία ἐστίν (sequitur exemplum: initium Herodoti) ... λέγω δὲ εἰρομένην, ἣ οὐδὲν ἔχει τέλος καθ' αὑτήν, ἂν μὴ τὸ πρᾶγμα λεγόμενον τελειωθῇ· ἔστι δὲ ἀηδὴς διὰ τὸ ἄπειρον.[1])

Περὶ μήκους περιόδου agitur apud Demetrium §§ 16, 17[2]):

Demetr. § 16: Τῶν δὲ περιόδων αἱ μικρότεραι μὲν ἐκ

Cic. or. 221: Constat enim ille ambitus et plena

Quint. IX 4, 125: Habet periodus membra mini-

1) Elocutionem periodicae λέξει oppositam Aristoteles εἰρομένην, Demetrius διῃρημένην vocat. Utroque termino dixeris Theophrastum esse usum; nam vox εἰρομένη in Ciceronis excerpto Theophrasteo part. or. 16 subest, vox διῃρημένη loco Quintiliani IX 4, 19 ('est igitur ante omnia oratio alia vincta atque contexta, soluta alia'). Atqui re vera veterum illa elocutio non solum 'sua sponte fusa' (εἰρομένη), sed etiam 'in cola divisa' est.

Διῃρημένη λέξις etiam apud Aristotelem occurrit, sed prorsus alia significatione quam apud Demetrium. Is enim (pg. 1409 B 33) eam speciem periodi antitheticae, ubi verba sola opposita sunt διῃρημένην vocat, cum ἀντικειμένη apud eum fiat, ubi et verba et res oppositae sint. Theophrasto autem, quippe qui utramque ἀντιθέσεως speciem nomine ἀντικειμένης periodi comprehenderit (cf. infra pg. 108 adn. 1), 'διῃρημένη λέξις' ad ἀντίθεσιν significandam inutilis melius convenire videbatur ad Aristotelis εἰρομένην λέξιν significandam.

2) § 15 pertinere videtur ad 'usum periodi'. Plane enim respondet iis quae in Ciceronis excerpto Theophrasteo (or. 207, 209) exponuntur.

δυοῖν κώλοιν cυντίθενται, αἱ μέγιcται δὲ ἐκ τεττάρων[1]· τὸ δ' ὑπὲρ τέτταρα οὐκέτ' ἂν ἐντὸc εἴη περιοδικῆc cυμμετρίαc. 17 Γίνονται δὲ καὶ τρίκωλοί τινεc καὶ μονόκωλοι δὲ ἃc καλοῦcιν ἁπλᾶc περιόδουc (cf. Aristot.: ἀφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον.)

comprehensio e quattuor fere partibus ...... Quamquam utrumque nonnumquam vel potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit aut longius procedendum. Sed habeo mediocritatis rationem ... 222 e quattuor igitur quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio

mum duo, medius numerus videtur quattuor, sed recipit frequenter et plura.

modus eius a Cicerone aut quattuor senariis versibus aut ipsius spiritus modo terminatur.

Περὶ χρήσεως περιόδου agitur apud Demetrium §§ 19—21. Qua de re extat praeclarissimum Ciceronis excerptum Theophrasteum or. 207—212; 225[2]), ubi agitur de usu periodi secundum differentiam γραφικῆς et ἀγωνιστικῆς λέξεως:

---

1) Hoc ad argumentum Theophrastus usus esse videtur Aristotelis verbis pg. 1409 B 16 κῶλον δ' ἐcτὶν τὸ ἕτερον μόριον ταύτηc (sc. περιόδου). Ex Aristotelis enim verbis recte Demetrius 34 evincit Aristotelem praeter 'simplicem' solam 'δίκωλον' περίοδον h. e. antitheticam agnoscere. Quae res sane Theophrasto emendanda erat.

2) §§ 207—212 male ad 'usum rhythmi' relegatae sunt. Sed rectus ordo ex ipso Cicerone restituendus est, qui 206 hanc

or. 207: Ergo in aliis id est in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικόν (= γραφικὴ λέξις) placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque ... 208 Itaque posteaquam est nata haec ... circumscriptio ... nemo ... scripsit orationem generis eius, quod est ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine[1]), quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Nam cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositae orationis insidiis sua fides atemptetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium servienti.

209 Genus autem hoc orationis neque totum adsumendum est ad causas forenses (ἀγωνιστικὴ λέξις) neque omnino repudiandum ... detrahit actionis dolorem (πάθος) aufert humanum sensum auditoris (ἦθος), tollit funditus veritatem et fidem.[2])

212 Quo autem pacto deceat incise membratimve dici[3]) iam videbimus; nunc quot modis mutentur

---

exhibet dispositionem: 'Explicandum etiam est unde orta sit forma verborum (περὶ γενέσεως περιόδου, quod argumentum omittitur) dicendumque quantos circuitus facere deceat (μῆκος περιόδου) deque eorum particulis et tamquam incisionibus (κόμματα) disserendum est (§ 221 sq.) quaerendumque utrum una species et longitudo sit earum anne plures (μῆκος) et, si plures, quo loco aut quando quoque genere (περὶ χρήσεως περιόδου §§ 207—212) uti oporteat.' Itaque constat §§ 207—212 post §§ 221, 222 esse ponendas; atque re vera § 212 apte excipitur § 225; sunt igitur coniungendae.

1) Subest differentia inter γραφικὴν et ἀγωνιστικὴν λέξιν.

2) cf. Demetr. § 15. — §§ 210—211 Ciceroni fere soli debentur: nam suas ipsius laudet orationes. [λέξιν apta est.

3) Quae res ut statim elucebit (cf. § 225) ad ἀγωνιστικὴν

comprehensiones conclusionesque dicendum est[1]): fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius: cursum (h. e. breves pedes) contentiones (= ἀγωνιστικὴ λέξις) magis requirunt, expositiones rerum (= ἱστορία, γραφικὴ λέξις) tarditatem (h. e. pedes longos) . . . § 225: Incisim autem et membratim tractata oratio in veris causis (ἀγωνιστικὴ λέξις) plurimum valet.

Theophrastus igitur — quem tota haec Ciceronis disputatio magna voce clamat — docuit in graphica oratione maxime utendum esse periodo, parcius in forensi.

Cuius rei vestigia etiam apud Demetrium agnoscere potes qui (§§ 19—21) ἱστορικὴν, ῥητορικὴν, διαλογικὴν περίοδον distinguit: h. e. docet periodi formas secundum εἰδῶν proprietates esse variandas.[2])

Etiam apud Quintilianum IX 4, 126—130 de usu periodi triplici secundum triplicem materiae varietatem agitur, Theophrastique sententia recurrit: 126 'Ubicumque acriter erit et instanter et pugnaciter dicendum (ἀγωνιστικὴ λέξις), membratim caesimque dicemus.'

Dialogica periodus Demetrii tractatur a Qnintiliano 127:

Demetr. § 21: διαλογικὴ δέ ἐστιν περίοδος ἡ ἔτι ⟨μᾶλλον suppl. Arnim⟩	Quint. 127: membratim plerumque narrabimus aut ipsas periodos maioribus intervallis et velut laxioribus nodis resolvemus.

1) H. e.: dicendum est de diversis periodi formis (ῥητορικὴ et ἱστορικὴ περίοδος) secundum εἴδη litterarum variandis.

2) Dem. § 20 'τῆς δὲ ῥητορικῆς περιόδου συνεστραμμένον τὸ εἶδος καὶ κυκλικὸν καὶ δεόμενον στρογγύλου στόματος', ubi 'os rotundum' indicat 'cursum verborum' Ciceronis. Atque cum de historica periodo legatur 'ὡς μήτε ῥητορικὴ δόξειεν καὶ ἀπίθανος διὰ τὴν περιαγωγήν', hic aperte recurrit Theophrasti sententia, qui omnino periodum rebus fidem detrahere putavit (or. 209).

ἀνειμένη καὶ ἁπλουςτέρα τῆς ἱςτορικῆς καὶ μόλις ἐμφαίνουςα ὅτι περίοδός ἐςτιν.

accedit IX 4, 19: est igitur ante omnia oratio alia vincta atque contexta (κατεςτραμμένη) soluta (εἰρομένη) alia, qualis in sermone (διάλογοι) et epistulis ... ut potius laxiora in his vincla quam nulla sint.

§ 129 a Quintiliano 'historica periodus' tractatur:

Historia non tam finitos numeros quam orbem quendam contextumque desiderat; namque omnia eius membra connexa sunt et, quoniam lubrica est, hac et illac fluit.

Sequitur apud Demetrium disputatio de periodis antitheticis rursus cum Aristotele comparanda.

Demetr. § 22: γίνονται δὲ καὶ ἐξ ἀντικειμένων κώλων περίοδοι· ἀντικειμένων δὲ ἤτοι τοῖς πράγμαςιν, οἷον· 'πλέων μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεύων δὲ διὰ τῆς θαλάςςης' ἢ ἀμφοτέροις τῇ τε λέξει καὶ τοῖς πράγμαςιν. (In § 23 affertur exemplum [ex Isocratis Helena § 17 desumptum] antitheseos, ubi verba tantum contraria sunt, non res).

Aristot. pg. 4109 B 33: τῆς δὲ ἐν κώλοις λέξεως ἡ μὲν διῃρημένη ἐςτίν, ἡ δὲ ἀντικειμένη· διῃρημένη μὲν οἷον· (sequitur exemplum initium Panegyrici), ἀντικειμένη δὲ ἐν ᾗ ἑκατέρῳ τῷ κώλῳ ἢ πρὸς ἐναντίῳ ἐναντίον cύγκειται ἢ ταὐτὸ ἐπέζευκται τοῖς ἐναντίοις (sequntur exempla utriusque speciei usque ad pg. 1410 A 20, in quibus legitur v. 10: 'πλεῦςαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦςαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης' [Paneg. § 89]).

§ 24: ἔςτι δὲ κῶλα, ἃ μὴ

pg. 1410 B 3: εἰςὶν δὲ καὶ

ἀντικείμενα ἐμφαίνει τινὰ ἀντίθεσιν διὰ τὸ τῷ σχήματι ἀντιθέτως γεγράφθαι, καθάπερ τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ τῷ ποιητῇ πεπαιγμένον ὅτι· τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών'.

ψευδεῖς ἀντιθέσεις οἷον καὶ Ἐπίχαρμος ἐποίει· 'τόκα μὲν ἐν τήνων ἐγών ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγών'.

§ 25: ἔστι δὲ καὶ παρόμοια κῶλα, ἅτινα παρόμοια δὴ τοῖς ἐπ' ἀρχῆς· οἷον (Hom. Ilias IX 526) 'δωρητοὶ δὲ πέλοντο παράρητοί τ' ἐπέεσσιν' ἢ ὡς ἐπὶ τέλους ὡς ἡ τοῦ Πανηγυρικοῦ ἀρχή ...

pg. 1410 A 25: παρομοίωσις δὲ ἐὰν ὅμοια τὰ ἔσχατα ἔχῃ ἑκάτερον τὸ κῶλον. ἀνάγκη δὲ ἢ ἐν ἀρχῇ ἢ ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν ... ἐν ἀρχῇ μὲν τὰ τοιαῦτα (sequitur exemplum Hom. Il. IX 526), ἐπὶ τελευτῆς δὲ (sequuntur exempla usque ad pg. 1410 B 2).

εἶδος δὲ τοῦ παρομοίου τὸ ἰσόκωλον, ἐπὰν ἴσας ἔχῃ τὰ κῶλα τὰς συλλαβάς ...

§ 26: ὁμοιοτέλευτα δέ ἐστι τὰ εἰς ὅμοια καταλήγοντα ἤτοι εἰς ὀνόματα ταὐτὰ ὥσπερ ἔχει ἐπὶ τοῦ 'σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν θανόντα γράφεις κακῶς' ἢ ὅταν εἰς συλλαβὴν καταλήγῃ τὴν αὐτήν.

pg. 1410 A 24: ἀντίθεσις μὲν οὖν τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, παρίσωσις δὲ ἐὰν ἴσα τὰ κῶλα. Aristot. pg. 1410 A 27: καὶ ἀρχὴ μὲν ἀεὶ τὰ ὀνόματα· ἡ δὲ τελευτὴ τὰς ἐσχάτας συλλαβὰς ἢ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος πτώσεις ἢ τὸ αὐτὸ ὄνομα ... v. 34 ταὐτὸ δ' ὄνομα (sc. in fine): 'σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς καὶ νῦν ⟨θανόντα suppl.⟩ γράφεις κακῶς'. ἔστιν δὲ ἅμα πάντα ἔχειν ταὐτὸ

καὶ ἀντίθεσιν εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ πάρισον καὶ ὁμοιοτέλευτον.[1])

Aristotelicam ἀντιθέσεως divisionem (pg. 1409 B 36) Theophrastus (fr. II = Dionys. de Lys. c. 14) sic expressit[2]):

Aristoteles: ἀντικειμένη (sc. λέξις) δέ, ἐν ᾗ ἑκατέρῳ τῷ κώλῳ ἢ πρὸς ἐναντίῳ ἐναντίον σύγκειται ἢ ταὐτὸ ἐπέζευκται τοῖς ἐναντίοις.	Theophrastus: ἀντίθεσις δ᾽ ἐστὶ τριττῶς· ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ ἢ τοῖς ἐναντίοις ἐναντία προσκατηγορηθείη.[3])

1) Disputatione Aristotelica praestantior videtur esse doctrina Demetrii, qui antithesi non solum cum Aristotele eas periodos adscribit, ubi et verba et πράγματα contraria sunt, sed etiam verba contraria sola (quas Aristoteles adscribit λέξει διῃρημένῃ) assignat ἀντιθέσει (§ 22). Demetrii doctrinam Theophrasto eo fidentius adscribas, quia iam apud Anaximenem (c. 26 vol. I pg. 63 Sp. H.) occurrit: ἀντίθετον ... ἐστὶ τὸ ἐναντίαν τὴν ὀνομασίαν ἅμα καὶ τὴν δύναμιν τοῖς ἀντικειμένοις ἔχον ἢ τὸ ἕτερον τούτων.

2) Qua ex re sola elucet re vera Aristotelis caput IX Theophrastum retractavisse.

3) Quid Aristotelis divisio sibi velit ex ipsis, quae addidit, exemplis patet (ceterum cf. Diels, Abh. der Berl. Ak. 1886 IV, pg. 29). Nam in Panegyrici § 35 revera 'ταὐτὸ (c) ἐπέζευκται τοῖς ἐναντίοις (a—b)'; legitur enim: 'ἀμφοτέρους δ᾽ ὤνησαν (c) καὶ τοὺς ὑπομείναντας (a) καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας (b)'. Contra in iis quae sequuntur exempla 'ἐναντίον πρὸς ἐναντίῳ σύγκειται' (a—b) ex. gr.: Τοῖς μὲν γὰρ πλείω τῆς οἴκοι προσεκτήσαντο (a), τοῖς δ᾽ ἱκανὴν τὴν οἴκοι κατέλιπον (b).

Theophrasti tertia species respondet primae speciei Aristotelis; prima Theophrasti species alteri Aristotelis. Alteri autem Theophrasti speciei ('τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ προσκατηγορεῖται') apud Aristotelem nihil respondet. Esset autem procul dubio

Apud Demetrium 27—29 disputatur περὶ χρήσεως ἀντιθέτου. Qua de re quid senserit Theophrastus ex eius fr. II S apparet: (Dionysius de Lys. c. 14): ἐν γοῦν τοῖς περὶ λέξεως γραφεῖσι τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται (sc. Θεόφραστος) τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις σχήματα διεσπουδακότων καὶ δὴ τὸν Λυσίαν ἐν τούτοις κατηρίθμηκε ... κωλύσει δ' οὐδὲν ἴσως καὶ τὴν λέξιν αὐτὴν θεῖναι τοῦ Θεοφράστου· ἔστι δὲ ἥδε· ἀντίθεσις δ' ἐστὶ τριττῶς[1])... τούτων δὲ τὸ μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον παιδιῶδες καθαπερεὶ ποίημα· διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ· φαίνεται γὰρ ἀπρεπὲς σπουδάζοντα τοῖς ὀνόμασι παίζειν καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν· ἐκλύει γὰρ τὸν ἀκροατήν (sequitur exemplum Lysiae fr. 99 S).[2])

Denique ad doctrinam periodi pertinere videntur ἀρεταὶ περιόδου, quarum mentio fit apud Aristotelem pg. 1410 B 2 ‘αἱ δ' ἀρεταὶ (libri ἀρχαὶ corr. Rose) τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις (fr. 132 Rose) ἐξηρίθμηνται’.

Atque virtutes periodi a Quintiliano IX 4, 125 enumeran-

---

eius speciei exemplum huiusmodi ‘ὤνησαν τοὺς ὑπομείναντας, ὤνησαν τοὺς ἀκολουθήσαντας’.

1) Sequentia paulo supra descripta sunt.

2) Similiter apud Demetrium 27 legitur Theopompi exemplum, qui dicitur ἀπρεπῶς figuris antitheticis esse usus; § 29 dicuntur σχήματα illa apta esse ad μεγαληγορίαν, cuius exempla laudantur: ‘Γοργίου τὰ πολλὰ ἀντίθετα καὶ τῶν Ἰσοκράτους’, in § 28 legimus ἀντίθετα illa quam maxime abhorrere a πάθους atque ἤθους natura. — Sed licet haec omnia Theophrasti monstrent ingenium, tamen dixerim sola Theophrasti materia usum esse Demetrium, non eius verbis (quae nobis Dionysius servavit); nam quae hic posuit Demetrius ex aliis libelli partibus sunt anticipata (§§ 27, 28∼247; 29∼154): §§ 30—33 prorsus a Theophrasto alienae sunt. De § 34 supra vidimus.

tur hae: 'praestare debet, ut sensum concludat[1]*; sit aperta, ut intellegi possit, non immodica, ut memoria contineri'.*

VI. *Περὶ συνθέσεως χαρακτήρων.*

1. *Συνθέσεως χαρακτήρων vestigia in Ciceronis excerpto Theophrasteo occurrunt:*

or. 20: Grandiloqui fuerunt ... quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione neque perfecta atque conclusa (αὐστηρὰ σύνθεσις); alii levi et structa et terminata (κοινὴ σύνθεσις).

21: est autem quidam interiectus inter hos medius ... isque uno tenore, ut aiunt, fluit nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem (γλαφυρὰ σύνθεσις).[2]

cf. or. 53: Elaborant alii in levitate (γλαφυρὰ σύνθεσις), ecce aliqui duritatem et severitatem quandam ... sequuntur.

2. *In tribus, quae posuit Dionysius (de comp. verb. 21—24) compositionis generibus (αὐστηρά, κοινή, γλαφυρὰ σύνθεσις) viget notio illorum quae Theophrastus constituit τελῶν:*

Dionys. de Demosth. vol. I pg. 232, 12 U.-R.: καὶ τῆς μὲν αὐστηρᾶς τὸ καλὸν ὑπολαβὼν εἶναι τέλος. τῆς δὲ γλαφυρᾶς τὸ ἡδύ ...[3])

---

1) cf. Ar. pg. 1409 B 8 δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετελειῶσθαι et A 35 λέγω δὲ τὴν περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ' αὑτὴν καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον ('non immodica')· ἡδεῖα δὲ ἡ τοιαύτη καὶ εὐμαθής ('aperta') ... εὐμαθὴς δὲ ὅτι εὐμνημόνευτος ('ut memoria contineri possit').

2) Singulae scriptorum προαιρέσεις secundum συνθέσεως varietates subdividuntur: patet itaque Theophrastum praeter 'genera dicendi' etiam 'genera compositionis' distinxisse.

3) Quo ex loco conici potest κοινῆς vel μέσης συνθέσεως et voluptatem et speciem esse proprias. Duo τέλη illa explicantur de comp. verb. c. 10 vol. II pg. 37, 12 U.-R. — Atque cum Theophrastus generum dicendi unicuique proprium τέλος assigna-

3. *Περὶ συνθέσεως χαρακτήρων agitur etiam apud Quintilianum IX 4, 130—146 (quam ad partem trahendae sunt (§§ 16—19): Variae componendi προαιρέσεις*[1]*) enumerantur § 130:* 'Quis dubitat alia lenius (γλαφυρῶς), alia concitatius (δεινῶς), alia sublimius (μεγαλοπρεπῶς), alia pugnacius (δεινῶς), alia ornatius (μεγαλοπρεπῶς), alia gracilius (ἰσχνῶς) esse dicenda?

136 Illa sublimia spatiosas clarasque voces habent,

naverit (Cic. or. 69), dubium non est, quin etiam compositionis genera 'finibus' subiecta ex Theophrasto fluxerint. Peripateticae plena doctrinae sunt ea quae de 'medio genere' compositionis dicuntur (Dionys. de comp. verb. 24 in.): αὕτη (sc. ἡ κοινὴ σύνθεσις) δοκεῖ μοι τὰ πρωτεῖα ἐπιτηδεία εἶναι φέρεσθαι, ἐπειδὴ μεσότης μέν ἐστι· μεσότης δὲ ἡ ἀρετὴ καὶ βίων καὶ ἔργων καὶ τεχνῶν ὡς Ἀριστοτέλει τε δοκεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι κατ' ἐκείνην τὴν αἵρεσιν φιλοσοφοῦσιν. — Atque etiam Dionysii exempla generum compositionis cum Theophrasti doctrina consentiunt: αὐστηρᾶς συνθέσεως exempla ponuntur praeter poetas Thucydides et Antiphon (vol. II 98, 11), γλαφυρᾶς Theopompus, Ephorus, Isocrates (114, 6), κοινῆς Herodotus, Demosthenes, Democritus, Plato, Aristoteles (121, 17—19).

Compositionis genere non solum cum dicendi generibus optime possunt consociari, sed etiam ab eodem viro utraque res excogitata esse videtur. Nam γλαφυρὰ σύνθεσις (cuius exemplum Isocrates) propria esse videtur floridae illius sophistarum elocutionis, μέση vel κοινὴ σύνθεσις (cuius exemplum Aristoteles) philosophico illi generi convenit. Αὐστηρὰ σύνθεσις ad minus ornatam ὕψους speciem, ut diserte Cicero or. 20 testatur, pertinet; ornatiori autem sublimitatis speciei (τὸ μεγαλοπρεπές) eandem σύνθεσιν adscribamus atque μικτῇ λέξει: nam κοινὴ σύνθεσις cum vocetur, patet eam duorum dicendi generum esse communem.

1) De 'propositorum diversitate' se esse acturum Quintilianus IX 4, 19 pollicetur; § 16 Lysias, Herodotus, Thucydides commemorantur.

amant amplitudinem ... paeanis[1]) ... aspera (δεινά) contra iambis[2]) maxime concitantur ... quae res lenitati (γλαφυρότης) contraria est. ... 137 submissa ... lentas et ipsa sed minus exclamantes (voces) exigunt. cf. etiam 139—141.

D. ΠΕΡΙ ΙΔΕΩΝ.

I. Τὸ *μεγαλοπρεπές*.

1. σύνθεσις.[3])

a) *De numeris:*

Demetrius:

§ 38: σύνθεσις δὲ μεγαλοπρεπής, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἡ παιωνική[4]), παίωνος δὲ εἴδη δύο.

Aristoteles:

pg. 1409 A 12: ἔστιν δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις ...

---

1) Paeana ad μεγαλοπρέπειαν aptum esse Theophrastus docuit (fr. VI S = Demetr. 41).

2) Quintiliani auctor hic sine dubio in mente habet Archilochi et Hipponactis poesin, quam praecipue δεινὴν esse dixerit Theophrastus (Demetr. 5 et 301); cf. etiam Quint. IX 4, 141.

3) Ordinem sequimur Demetrii excerpti Theophrastei apud quem primo (§§ 38—74) quaeritur πῶς ἐκ συνθέσεως γίγνεται τὸ μεγαλοπρεπές. — Pertractat autem Demetrius hic omnia illa argumenta, quae Theophrastum compositioni subiecisse vidimus: 38—43 ῥυθμός, 44 μῆκος τῶν κώλων, 48. 49 (+ 68—74) ἁρμογή, 50—58 (+ 45—47) τάξις, 59—67 σχήματα.

4) His ex verbis elucet Demetrium ipsum Aristotelem non inspexisse; verba sane Theophrasti sunt, qui suam ut comprobaret sententiam, Aristotelis capite VIII est usus.

τὸ μὲν προκαταταρκτικόν,

οὗ ἄρχει μὲν μακρά, λήγουσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι (s. exempl.)
τὸ δὲ καταληκτικὸν θατέρῳ ἀντίστροφον,
οὗ τρεῖς μὲν βραχεῖαι ἄρχουσιν, λήγει δὲ μία μακρά
§ 39: δεῖ δὲ ἐν τοῖς κώλοις τοῦ μεγαλοπρεποῦς λόγου τὸν προκαταρκτικὸν μὲν παίωνα ἄρχειν τῶν κώλων, τὸν καταληκτικὸν δὲ ἕπεσθαι (sequitur exemplum)
τί ποτ᾿ οὖν Ἀριστοτέλης οὕτω διετάξατο; ὅτι δεῖ καὶ τὴν ἐμβολὴν τοῦ κώλου καὶ ἀρχὴν μεγαλοπρεπῆ εὐθὺς εἶναι καὶ τέλος· τοῦτο δ᾿ ἔσται, ἐὰν ἀπὸ μακρᾶς ἀρχώμεθα καὶ εἰς μακρὰν λήγωμεν· φύσει γὰρ μεγαλεῖον ἡ μακρά.
πάντες γοῦν ἰδίως τῶν τε πρώτων μνημονεύομεν καὶ τῶν ὑστάτων ...
§ 41: Δεῖ μέντοι λογίζεσθαι ὅτι, κἂν μὴ ἀκριβῶς δυνώμεθα τοῖς κώλοις περιτιθέναι τοὺς παίωνας ....

ὧν τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥσπερ καὶ χρῶνται, οὗτος δ᾿ ἐστιν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρά, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι (seqq. exempla).
ἕτερος δ᾿ ἐξ ἐναντίας,

οὗ βραχεῖαι ἄρχουσιν τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταία.
(ὧν τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥσπερ καὶ χρῶνται . . .) οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ

ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολοβόν· ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι

cf. Cic. de or. III 192 pauci prima cernunt, postrema plerique
pg. 1408 B 31: ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μέχρι του ᾖ.

παιωνικήν γε πάντωϲ ποιηϲόμεθα τὴν ϲύνθεϲιν οἷον ἐκ μακρῶν ἀρχόμενοι καὶ εἰϲ μακρὰϲ καταλήγοντεϲ· τοῦτο γὰρ Ἀριϲτοτέληϲ παραγγέλλειν ἔοικεν, ἄλλωϲ δὲ τὸ διττὸν τοῦ παίωνοϲ τετεχνολογηκέναι ἀκριβείαϲ ἕνεκα· διόπερ Θεόφραϲτοϲ (fr. VI S) παράδειγμα ἐκτέθειται μεγαλοπρεπείαϲ τὸ τοιοῦτον κῶλον· ‘τῶν μὲν πὲρῐ τᾰ̆ μηδενὸϲ ἄξια φῐλŏϲŏφοῦντων’. οὐ γὰρ ἐκ παιώνων ἀκριβῶϲ, ἀλλὰ παιωνικόν τί ἐϲτι.

Παραλαβεῖν μέντοι τὸν παίωνα εἰϲ τοὺϲ λόγουϲ, ἐπειδὴ μικτόϲ τίϲ ἐϲτι καὶ ἀϲφαλέϲτεροϲ 42 τὸ μεγαλοπρεπὲϲ μὲν ἐκ τῆϲ μακρᾶϲ λαμβάνων, τὸ λογικὸν δὲ ἐκ τῶν βραχειῶν.

pg. 1409 A 3: ἔϲτι δὲ τρίτοϲ ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενοϲ τῶν εἰρημένων (heroum dicit iambumque)· τρία γὰρ πρὸϲ δύ’ ἐϲτιν.

οἱ δ’ ἄλλοι ὁ μὲν ἡρῷοϲ ϲεμνὸϲ καὶ οὐ λογικὸϲ ἀλλ’ ἠχώδηϲ, οὐδὲ εὔρυθμοϲ ἀλλ’ ἄρυθμοϲ . . .

pg. 1408 B 32: τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷοϲ ϲεμνόϲ, ἀλλὰ λεκτικῆϲ ἁρμονίαϲ δεόμενοϲ.

ἡ γὰρ πυκνότηϲ τῶν μακρῶν ὑπερπίπτει τοῦ λογικοῦ μέτρου 43 ὁ δὲ ἴαμβοϲ εὐτελὴϲ καὶ τῇ τῶν

ὁ δὲ ἴαμβοϲ αὐτή ἐϲτιν ἡ λέξιϲ ἡ τῶν πολλῶν· διὸ

πολλῶν λέξει ὅμοιος· πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν οὐκ εἰδότες

μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες.[1])

b) § 44: ποιεῖ καὶ τὰ μήκη τῶν κώλων μέγεθος ... τὸ γὰρ ταχέως ἀποσιωπᾶν εἰς κῶλον βραχὺ κατασμικρύνει τὴν τοῦ λόγου σεμνότητα.[2])

c) *περὶ τάξεως:* § 45 Μεγαλοπρεπὲς δὲ καὶ τὸ ἐκ περιαγωγῆς τῇ συνθέσει λέγειν (sequitur exemplum: Thucydidis locus II 102 ubi constructio participii praevalet)· σύμπασα γὰρ ἡ τοιαύτη μεγαλοπρέπεια ἐκ τῆς περιαγωγῆς γέγονεν καὶ ἐκ τοῦ μόγις ἀναπαῦσαι αὐτόν τε καὶ τὸν ἀκούοντα. § 46 εἰ δ᾽ οὕτω διαλύσας αὐτὸ εἴποι τις (sequitur loci Thucydidei forma 'soluta': participia enim in verba finita 'soluta' sunt), ... πολλὰς μὲν ἀναπαύλας παρέξει τῷ λόγῳ, τὸ μέγεθος δ᾽ ἀφαιρήσεται.[3])

1) Ratio, quae inter Demetrii et Ciceronis (orator ad Br.) excerpta Theophrastea intercedit. haec est: Demetrius, quippe qui de ideis tantum disputet, generalia Theophrasti praecepta, (quae sunt de origine et causa numeri, de ratione numerorum et metrorum ceteraque) omnino non respicit; ea tantum hic repetuntur — quaedam enim Theophrasto iam propter libri dispositionem bis dicenda erant — quae re vera ad ῥυθμὸν μεγαλοπρεπῆ pertinent.

2) Haec Theophrasti esse patet, cum docuerit breves syllabas esse vitandas in oratione sublimi; cf. Aristot. 1409 A 18 ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελῆς εἶναι ποιεῖ κολοβὸν et Cic. de or. III 186: Quae (membra) si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus.

3) Manifestum est hic 'rectam' σύνταξιν (h. e. per verba finita coniunctionibus coniunctam) opponi 'obliquae' (per participia, sine coniunctionibus). Illud est τὸ εὐθύ, hoc τὸ πλάγιον (termini technici leguntur § 198). Itaque ex Demetrii auctoris sententia ad μεγαλοπρέπειαν magis aptum est τὸ πλάγιον quam τὸ εὐθύ; totam rem autem Theophrasto ideo

§ 50: Τάσσειν δὲ τὰ ὀνόματα χρὴ τόνδε τὸν τρόπον· πρῶτα μὲν τιθέναι τὰ μὴ μάλα ἐναργῆ, δεύτερα δὲ καὶ ὕστατα τὰ ἐναργέστερα ... (sequuntur exempla §§ 51. 52).[1])

c) *De coniunctionibus:* § 53 Χρὴ δὲ καὶ τοὺς συνδέσμους μὴ μάλα ἀνταποδίδοσθαι ἀκριβῶς οἷον τῷ 'μὲν' συνδέσμῳ τὸν 'δὲ' (μικροπρεπὴς γὰρ ἡ ἀκρίβεια) ἀλλὰ καὶ ἀτακτοτέρως πως χρῆσθαι.[2])

---

adscribam, quod iam apud Aristotelem (licet termini technici non legantur) eadem fit differentia: Rhet. III c. 6 pg. 1407 B 38: καὶ μετὰ συνδέσμου λέγειν (sc. εἰς ὄγκον συμβάλλει)· ἐὰν δὲ συντόμως, ἄνευ μὲν συνδέσμου, μὴ ἀσύνδετα δὲ οἷον 'πορευθεὶς καὶ διαλεχθείς', 'πορευθεὶς διελέχθην'. Atqui — licet Aristoteles primum exemplum haud aptum posuerit (melius esset: 'ἐπορεύθην καὶ διελέχθην') — manifestum est constructionem 'per coniunctiones' esse compositionem rectam, alteram illam compositionem obliquam. Male etiam Aristoteles negat πλαγίαν λέξιν ornatui convenire. Quae sane sententia ex eo intelligenda est, quod Aristoteles in capite VI demonstrare vult id quod brevitatem efficiat ornatui esse contrarium. Rectius Demetrius — sine dubio Theophrastum secutus — docet non solum ad brevitatem (§ 198) sed etiam ad ὄγκον aptum esse τὸ πλάγιον.

Totum autem argumentum sine dubio pertinet ad σύνταξιν γραμματικήν, quae — aeque atque in Aristotelis capite V (cf. supra pg. 69 adn. 2) — una cum reliqua περὶ τάξεως doctrina tractatur apud Demetrium; nam post §§ 45—47 (τὸ πλάγιον) sequitur disputatio περὶ τάξεως (§§ 50 sqq.). §§ 48, 49 autem pertinent ad ἁρμογήν ideoque trahendae sunt ad §§ 68—74.

1) Praecepta περὶ τάξεως (§§ 50—58, ad quae etiam pertinet § 199 περὶ φυσικῆς τάξεως) egregie consentiunt cum Quint. IX 4, 23 sqq. (cf. supra pg. 68 adn. 2) ideoque Theophrastea habenda sunt. Ad § 50 cf. Quint. § 23: 'In his (asyndetis) cavendum ne decrescat oratio et fortiori subiungatur aliquid infirmius ... augeri enim debent sententiae et insurgere.'

2) Doctrinae de usu coniunctionum (quam etiam Aristoteles

§ 54: Πολλάκις μέντοι τεθέντες πως ἐφεξῆς σύνδεσμοι καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα ποιοῦσιν ὡς παρ' Ὁμήρῳ τῶν Βοιωτιακῶν πόλεων τὰ ὀνόματα εὐτελῆ ὄντα καὶ μικρὰ ὄγκον τινα ἔχει καὶ μέγεθος διὰ τοὺς συνδέσμους ἐφεξῆς τοσούτους τεθέντας οἷον ἐν τῷ (B 497)

Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ' Ἐτεωνόν.[1])

Sequitur (§§ 55—58) doctrina de coniunctionibus 'paraplero-maticis' [2]):

§ 55: Τοῖς δὲ παραπληρωματικοῖς συνδέσμοις χρηστέον οὐχ ὡς προσθήκαις κεναῖς καὶ οἷον προσφύμασιν ἢ παραξύσμασιν, ὥσπέρ τινες τῷ 'δὴ' χρῶνται πρὸς οὐδὲν καὶ

---

in cap. V τάξει subiecit) exigua habet vestigia Quint. IX 4, 23: 'primum igitur de ordine. Eius observatio in verbis est singulis et contextis (συνδεδεμένα). Singula sunt quae ἀσύνδετα diximus'. — Aristoteles autem in capite περὶ τάξεως (V) haec scribit (pg. 1407 A 20): πρῶτον μὲν (ἐστὶν τὸ ἑλληνίζειν) ἐν τοῖς συνδέσμοις, ἂν ἀποδιδῷ τις ὡς πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γίγνεσθαι ἀλλήλων, qua in re aperte Aristoteles sequitur Isocrateae scholae praecepta: nam in Isocrateae artis fr. 6 Bl. praecipitur oportere 'τὸν ἑπόμενον (σύνδεσμον) τῷ ἡγουμένῳ εὐθὺς ἀνταποδιδόναι' (cf. Anaxim. c. 25 vol. I pg. 62, 5 Sp.-H.). Quam legem ad μεγαλοπρεπείας ideam minus aptam esse cum Demetrius viderit, procul dubio Theophrastum est secutus, cui etiam verba 'μικροπρεπὴς γὰρ ἡ ἀκρίβεια' tribuerim, nam apud Ciceronem part. or. 57 ('minuta est enim omnis diligentia') recurrunt.

1) § 54 Theophrasto tribuenda est, quia pariter atque supra (§ 53) Isocratis aliquod praeceptum impugnatur, qui (l. l.) docuit 'τοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι'. Praeterea Theophrastum scimus docuisse (Dionys. de comp. verb. c. 16) naturam εὐτελῶν et μικρῶν ὀνομάτων (quae sane καλοῖς ὀνόμασι opposita sunt) recta compositione occultari; Homericum exemplum (B 497) etiam apud Dionysium (vol. II pg. 67, 15 sqq.) recurrit.

2) Cuius generis etiam est illud τε ter repetitum (§ 54); itaque iam ob hunc rerum connexum manifestum est §§ 55—58 ex eodem fonte esse haustas atque § 54.

τῷ 'νυ' καὶ τῷ + 'πρότερον', ἀλλ' ἂν συμβάλλωνταί τι τῷ μεγέθει τοῦ λόγου· 56 καθάπερ παρὰ Πλάτωνι ... ἀρκτικὸς γὰρ τεθεὶς ὁ σύνδεσμος καὶ ἀποσπάσας τῶν προτέρων τὰ ἐχόμενα μεγαλεῖόν τι εἰργάσατο· αἱ γὰρ πολλαὶ ἀρχαὶ σεμνότητα ἐργάζονται ... 57 λαμβάνεται δὲ κἀν παθητικοῖς πολλάκις ὁ σύνδεσμος οὗτος .... καθόλου γὰρ ὥσπερ ὁ Πραξιφάνης φησὶν ἀντὶ μυγμῶν παρελαμβάνοντο οἱ τοιοῦτοι σύνδεσμοι καὶ στεναγμῶν· ὥσπερ τὸ 'αἲ αἴ' καὶ τὸ 'φεῦ' καὶ ⟨παντὶ δῆλον suppl. Arnim⟩ ποῖόν τι ἐστιν, ὡσαύτως (Par.: ὡς αὐτός; corr. Radermacher), φησί, (sc. Praxiphanes) τὸ 'καὶ νύ κ'' ὀδυρομένοισιν ἔπρεψεν, ἔμφασίν τινα ἔχον οἰκτροῦ ὀνόματος.[1]) 58 Οἱ δὲ πρὸς οὐδὲν ἀναπληροῦντες, φησί[2]),

1) Praxiphanis nomen Demetrium puto debere Theophrasto, quem quin discipuli librum aliquem laudavisse putemus, nihil obstat. Neque crediderim Theophrastum doctrinam rhetoricam ipsam ex Praxiphane hausisse: nam verba 'λαμβάνεται δὲ κἀν παθητικοῖς ὁ σύνδεσμος οὗτος', quibus doctrinae summa continetur, ne Demetrius quidem Praxiphani vindicat. Itaque putaverim Theophrastum Praxiphani nihil aliud debere quam lepidissimam facetiam de Homeri loco π 220 ('καὶ νύ κ' ὀδυρομένοισιν ἔδυ φάος ἠελίοιο') de quo dixit illud καὶ νύ κ' pro gemitu esse positum. Itaque Praxiphanis fragmentum (IV Preller) omnino non rhetorico libro assignandum esse videtur, sed potius libello cuidam critico velut dialogo περὶ ποιητῶν (Diog. Laert. III 8) aut libro περὶ ποιημάτων (Philod. περὶ ποιημάτων pg. 13 Duebner).

2) φησί: sc. Praxiphanes. Itaque etiam § 58 Demetrius Praxiphani assignat; sed testimonium Demetrii nullam fidem habet, quoniam § 58 ex Aristotelis lectionibus fluxit ideoque potius Theophrasto danda est quam Praxiphani. Aristoteles enim (Rhet. III c. 9 pg. 1409 B) scribit: δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετελειῶσθαι [ὥσπερ τὰ Σοφοκλέους ἰαμβεῖα secl. Diels] καὶ μὴ διακόπτεσθαι ⟨ὥσπερ suppl. Brandis⟩· 'Καλυδὼν μὲν ἥδε

τὸν cύνδεcμον ἐοίκαcι τοῖc ὑποκριταῖc τοῖc τὸ ‘αἲ αἴ’ καὶ τὸ ‘φεῦ’ πρὸc οὐδὲν ἔποc λέγουcιν, οἷον εἴ τιc ὧδε λέγοι· (Eur. frgm. 515) ‘Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίαc χθονόc, φεῦ, ἐν ἀντιπόρθμοιc πεδί’ ἔχουc’ εὐδαίμονα, αἲ αἴ’ . . .

d) *Sequitur doctrina περὶ σχημάτων §§ 59—67*[1]):

§ 59: οἱ μὲν δὴ cύνδεcμοι τὴν cύνθεcιν μεγαλοπρεπῆ ποιοῦcιν ὡc εἴρηται, τὰ δὲ cχήματα τῆc λέξεώc ἐcτι μὲν καὶ αὐτὰ cυνθέcεώc τι εἶδοc· τὸ γὰρ δὴ τὰ αὐτὰ λέγειν δὶc διπλοῦντα ἢ ἐπαναφέροντα ἢ ἀνθυπαλλάccοντα[2]) διαταττομένῳ καὶ μεταcυντιθέντι[3]) ἔοικεν.

Διατακτέον δὲ τὰ πρόcφορα αὐτῶν χαρακτῆρι ἑκάcτῳ οἷον τῷ μεγαλοπρεπεῖ μὲν περὶ οὗ πρόκειται, ταῦτα·

§ 60: πρῶτον μὲν τὴν ἀνθυπαλλαγὴν ὡc Ὅμηροc (μ 23)

γαῖα Πελοπίαc χθονόc’. Prorsus enim eandem rem apud utrumque Euripidis versus spectant: Aristoteles enim locum laudavit, ut demonstraret vitiosum esse in versibus cum voces grammatice cohaerentes in versus diversos relegatae discerperentur (quod nos ‘enjambement’ vocamus). Vel apertius ostenditur apud Demetrium eius rei damnum: si enim histrionum ex more in fine versus superfluum illud φεῦ additur, ne sententia quidem satis intellegi potest. Putandum enim est Aristotelem in lectionibus ipsis Euripidis versus ea forma recitasse, qua auditoribus statim poetae vitium manifestum fieret. In commentario scripto magister satis habuit rem magis vivo ori quam calamo aptam obiter commemorare.

1) De Demetrii figurarum doctrina in universum adeas appendicem.

2) Latent hic figurae hae: ἀναδίπλωcιc, ἀναφορά, ἀλλοίωcιc (= ἀνθυπαλλαγή). Sed minus bene ἀλλοίωcιc iis adnumeratur figuris quibus ‘bis idem’ dicitur.

3) Latet hic figura μεταθέcεωc qua proprie mutatur compositionis ordo.

οἱ δὲ δύο ϲκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει

πολὺ γὰρ οὕτω μεγαλειότερον ἐναλλαγείϲηϲ πτώϲεωϲ ἢ εἴπερ οὕτωϲ ἔφη·

τῶν δὲ δύο ϲκοπέλων ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρύν·

ϲυνήθωϲ γὰρ ἐλέγετο· πᾶν δὲ τὸ ϲύνηθεϲ μικροπρεπέϲ, διὸ καὶ ἀθαύμαϲτον.

§ 61: Τὸν δὲ Νιρέα αὐτόν τε ὄντα μικρὸν καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ μικρότερα, τρεῖϲ ναῦϲ καὶ ὀλίγουϲ ἄνδραϲ, μέγαν καὶ μεγάλα ἐποίηϲεν καὶ πολλὰ ἀντ᾽ ὀλίγων, τῷ ϲχήματι διπλῷ καὶ μικτῷ χρηϲάμενοϲ ἐξ ἐπαναφορᾶϲ τε καὶ διαλύϲεωϲ. Νιρεὺϲ γάρ φηϲι (B 671) τρεῖϲ νῆαϲ ἄγεν, Νιρεὺϲ ᾿Αγλαΐηϲ υἱόϲ, Νιρεύϲ, ὃϲ κάλλιϲτοϲ ἀνήρ. ἥ τε γὰρ ἐπαναφορὰ τῆϲ λέξεωϲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα, τὸν Νιρέα, καὶ ἡ διάλυϲιϲ πλῆθόϲ τι ἐμφαίνει πραγμάτων, καίτοι δύο ἢ τριῶν ὄντων.

§ 62: Καὶ ϲχεδὸν ἅπαξ τοῦ Νιρέωϲ ὀνομαϲθέντοϲ ἐν τῷ δράματι μεμνήμεθα οὐδὲν ἧττον ἢ τοῦ ᾿Αχιλλέωϲ καὶ τοῦ ᾿Οδυϲϲέωϲ, καίτοι κατὰ τὸ ἔποϲ ἕκαϲτον λαλουμένων ϲχεδόν. αἰτία δ᾽ ἡ τοῦ ϲχήματοϲ δύναμιϲ· εἰ δ᾽ οὕτωϲ εἶπεν· Νιρεὺϲ ὁ ᾿Αγλαΐαϲ υἱὸϲ ἐκ Cύμηϲ τρεῖϲ νῆαϲ ἦγεν, παραϲεϲιωπηκότι ἐῴκει τὸν Νιρέα· ὥϲπερ γὰρ ἐν ταῖϲ ἑϲτιάϲεϲι τὰ ὀλίγα διαταχθέντα πωϲ πολλὰ φαίνεται, οὕτω κἀν τοῖϲ λόγοιϲ.[1])

---

1) Anaphorae et asyndeti doctrinam Demetrius habet ex Aristotelis cap. XII, ex quo (cf. supra pg. 26) vidimus Theophrastum differentiam ἀγωνιϲτικῆϲ et γραφικῆϲ λέξεωϲ hausisse. Atque rerum connexus hic est, ut apud utrumque anaphora et asyndeton ad agonisticam elocutionem apta esse dicantur, a graphica autem maxime adhorrere (Aristot. pg. 1413 B 7 = Demetr. § 193). Qua ex re sequitur Aristotelis doctrinam Demetrio per Theophrastum innotuisse.

Huic autem loco Demetrii haec Aristotelis verba fundamento

§ 65: Μεγαλεῖον μέντοι ἐν τοῖς σχήμασιν τὸ μηδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν[1]) πτώσεως . . . . .

§ 66: Καὶ ἀναδιπλώσας δ' ἔπος[2]) εἰργάσατο μέγεθος [ὡς] Ἡρόδοτος·

'δράκοντες' δέ που φησιν 'ἦσαν ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγιστοι (Par.: μέγεθος) καὶ μέγεθος καὶ πλῆθος.'

Herodoti ipsius verba haec sunt (I 203): καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἑσπέρην φέροντα τῆς θαλάσσης ταύτης ὁ Καύκασος παρατείνει ἐὼν οὐρέων καὶ πλήθει μέγιστον καὶ μεγάθει ὑψηλότατον.[3])

e) *Sequitur doctrina περὶ ἁρμογῆς (§§ 68—74) ad quam trahendae sunt §§ 48, 49, ubi prima elementa verborum (litterae et syllabae) tractantur:*

---

sunt (pg. 1413 B): τοῦτο δὲ βούλεται ποιεῖν καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ 'Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν, Νιρεὺς Ἀγλαΐης, Νιρεὺς ὃς κάλλιστος' περὶ οὗ γὰρ πολλὰ λέγεται ἀνάγκη καὶ πολλάκις εἰρῆσθαι . . . ηὔξησεν ἅπαξ μνησθείς . . . καὶ μνήμην πεποίηκεν κ. τ. λ.

In § 63 fortasse Theophrasti ex mente additur non solum asyndeton efficere grandem orationem sed saepe etiam polysyndeton. § 64 addit exemplum asyndeti (N 790) quod iam Aristoteles exhibet.

1) figura haec est quae πολύπτωτον vocatur.

2) Lectionem manus primae Parisini cum Spengelio probo deleto ὡς.

3) Manifestum est Demetrii auctorem Herodoti textum non integrum apposuisse atque id tantum adnotavisse, quod Herodotus voces πλῆθος, μέγιστος, μέγεθος invicem opponens concinnitatem aliquam effecerit. Quibus ex verbis Demetrius memoriae (ipse enim scribit: Ἡρόδοτος . . . δέ που φησιν) male confidens ineptum illud de serpentibus figmentum confecit.

Quod autem ad doctrinam ipsam attinet, non geminationis ('ἀναδιπλώσας δ' ἔπος') exemplum Demetrii auctor posuisse videtur sed παρονομασίας antitheticae; nam ea in figura verba aut similiia aut eadem sibi opponuntur (cf. Quint. IX 3, 67).

§ 48: ποιεῖ δὲ καὶ δυσφωνία συνθέσεως ἐν πολλοῖς μέγεθος ... λειότης γὰρ καὶ τὸ εὐήκοον οὐ πάνυ ἐν μεγαλοπρεπείᾳ χώραν ἔχουσιν, εἰ μή που ἐν ὀλίγοις· καὶ ὁ Θουκυδίδης δὲ πανταχοῦ σχεδὸν φεύγει τὸ λεῖον καὶ ὁμαλὲς (aequabilitatem vocat Cicero or. 21) τῆς συνθέσεως καὶ ἀεὶ μᾶλλόν τι προσκρούοντι (cf. Ciceronis 'salebras' or. 39) ἔοικεν ....

§ 49: ὥσπερ γὰρ ὄνομα τραχὺ μέγεθος ἐργάζεται οὕτω σύνθεσις ...[1])

§ 68: Περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ[2]) καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἄλλοι δέ τινες ὡς ἔτυχε συνέκρουσαν καὶ παντάπασι· δεῖ δὲ οὔτε ἠχώδη ποιεῖν τὴν σύνθεσιν, ἀτεχνῶς αὐτὰ συμπλήσσοντα καὶ ὡς ἔτυχεν (διασπασμῷ γὰρ τοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον καὶ διαρρίψει ἔοικεν) οὔτε μὲν παντελῶς φυλάσσεσθαι τὴν συνέχειαν τῶν γραμμάτων· λειοτέρα μὲν γὰρ οὕτως ἔσται ἴσως ἡ σύνθεσις, ἀμουσοτέρα δὲ καὶ κωφὴ

---

1) Quae ex Theophrasto fluxisse ea de causa mihi videntur quod § 49 ὀνόματα τραχέα commemorantur, quae aperte καλοῖς ὀνόμασι Theophrasti opposita sunt. Cuius rei exemplum (procul dubio Theophrasti ex sententia) affertur Thucydides.

2) Disputatio de vocalium concursu (§§ 68—74) Theophrasto tribuenda est, nam ut supra (§§ 53, 54) impugnatur praeceptum Isocrateum (fr. 6 Blass: δεῖ δὲ ἐν τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συμπίπτειν· χωλὸν γὰρ τὸ τοιόνδε· μηδὲ τελευτᾶν καὶ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς οἷον· εἰποῦσα σαφῆ). Cum Demetrio enim consentiunt Cicero or. 151 (ubi Isocrati opponitur Thucydides; pariter hic § 72) et Quint. IX 4, 35: 'Quare ut negligentiae pars est hoc pati, ita humilitatis ubique perhorrescere, nimiosque non immerito in hac cura putant omnes Isocratem secutos praecipueque Theopompum.'

ἀτεχνῶς, πολλὴν εὐφωνίαν ἀφαιρεθεῖσα τὴν γινομένην ἐκ τῆς συγκρούσεως.

§ 69: Σκεπτέον δὲ πρῶτον μέν, ὅτι καὶ ἡ συνήθεια αὐτὴ συμπλήττει τὰ γράμματα τὰ ἐν τοῖς ὀνόμασιν, καίτοι στοχαζομένη μάλιστα εὐφωνίας, οἷον ἐν τῷ 'Αἰακὸς' καὶ 'χιών'. πολλὰ δὲ καὶ διὰ μόνων τῶν φωνηέντων συντίθησιν ὀνόματα, οἷον 'Αἰαίη' καὶ 'Εὔιος', (Εὔιε coniecit P. Maas) οὐδέν τε δυσφωνότερα ἄλλων ἐστὶ ταῦτα, ἀλλ' ἴσως καὶ μουσικώτερα.

§ 70: Τά γε μὴν ποιητικά, οἷον τὸ 'ἠέλιος' διῃρημένον καὶ συγκρουόμενον ἐπίτηδες εὐφωνότερόν ἐστι τοῦ 'ἥλιος' καὶ τὸ 'ὀρέων' τοῦ 'ὀρῶν'. ἔχει γάρ τινα ἡ λύσις καὶ ἡ σύγκρουσις οἷον ᾠδὴν ἐπιγινομένην.[1]) Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν συναλοιφῇ μὲν λεγόμενα δύσφωνα ἦν, διαιρεθέντα δὲ καὶ συγκρουσθέντα εὐφωνότερα.[2])

§ 72: ἐν δὲ τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι σύγκρουσις παραλαμβάνοιτ' ἂν πρέπουσα ἤτοι διὰ μακρῶν ὡς τὸ (λ 596) 'λᾶαν ἄνω ὤθεσκε' καὶ γὰρ ὁ στίχος μῆκός τι ἔσχεν ἐκ τῆς συγκρούσεως καὶ μεμίμηται τοῦ λίθου τὴν ἀναφορὰν καὶ βίαν. ὡσαύτως καὶ τὸ (Thuk. VI 1) 'μὴ ἤπειρος εἶναι' τὸ Θουκυδίδειον· συγκρούονται καὶ δίφθογγοι διφθόγγοις· (Thuk. I 24) 'ταύτην κατῴκησαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο'.[3])

---

1) Quae res §§ 71 et 74 (quae sine dubio in Demetrii fonte connexae erant) fusius exponitur.

2) Quint. IX 4, 36: 'Nam et coeuntes litterae, quae συναλοιφαί dicuntur ... et nonnumquam hiulca etiam decent faciuntque ampliora quaedam.' Συναλοιφὴν Isocrates videtur commendasse iis locis, ubi hiatus omnino vitari non posset.

3) cf. Quint. IX 4, 36: 'tum longae per se et velut opimae syllabae aliquid etiam medii temporis inter vocales, quasi intersistatur, assumunt.' — Notatu digna sunt Demetrii exempla,

§ 73 . . . αἱ δὲ ἐκ διαφερόντων (i. e. ex longa et brevi) συγκρούσεις ὁμοῦ καὶ μέγεθος ποιοῦσιν καὶ ποικιλίαν ἐκ τῆς πολυηχίας . . .

2. πράγματα.[1])

§ 75: ἔστι καὶ ἐν πράγμασι τὸ μεγαλοπρεπὲς . . . ὁ γὰρ τοῦ μεγάλου ἀκούων πράγματος εὐθὺς καὶ τὸν λέγοντα οἴεται μεγάλως λέγειν, πλανώμενος. δεῖ γὰρ οὐ τὰ λεγόμενα σκοπεῖν, ἀλλὰ πῶς λέγεται. ἔστι γὰρ καὶ μεγάλα μικρῶς λέγοντα ἀπρεπὲς ποιεῖν τὸ πρᾶγμα.[2])

(ἄνω ᾤθεσκε, μὴ ἤπειρος, Κερκυραῖοι οἰκιστής) ubi hiatus fit eius generis quod maxime Isocrates condemnasse videtur ('μηδὲ τελευτᾶν καὶ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς').

1) Haec inscriptio multo rectior est quam quae § 38 legitur 'διάνοια'. Nam re vera de materia eloquendi agitur.

Theophrastum λέξει opposuisse τὰ πράγματα — fortasse in totius περί ἰδεῶν disputationis exordio — colligi posse videtur ex Aristotelis arte poët. § 19, cuius loci summa haec fere est: oratori non solum πράγματα per se μεγάλα vel ἡδέα eligenda sunt, sed etiam ipsa oratione ita sunt conformanda, ut re vera magna aut suavia videantur esse. Quam sententiam etiam Theophrastum accepisse puto (cf. Demetr. 75: δεῖ γὰρ οὐ τὰ λεγόμενα [= materiam] σκοπεῖν, ἀλλὰ πῶς λέγεται). Eadem sententia initio ipso Aristotelici περὶ λέξεως libri legitur (Rhet. III c. 1 pg. 1403 B 14): οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ ἔχειν ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ταῦτα ὡς δεῖ εἰπεῖν (cf. pg. 1404 A 5 sqq.). Neque omnino de ideis disputari potuit nisi etiam materia eloquendi reperta.

2) Subest hic lex illa Theophrastea (Cic. de or. III 210—212; or. 70—74) elocutionem (h. e. ἰδέαν λόγου) oportere esse τοῖς πράγμασιν ἀνάλογον. —

Sane ita ut nunc apud Demetrium res discerpta est (πράγματα μεγάλα 75, 76, ἡδέα 132, ἰσχνά 190, δεινά 240) plane exilis et puerilis esse videtur (cf. Radermacher praef. pg. XIII). Sed materiae naturam etiam Theophrastum respexisse certum est.

διὸ καὶ δεινούς τινάς φασιν ὥσπερ καὶ Θεόπομπον (cf. § 240) δεινὰ οὐ δεινῶς λέγοντα.[1])

3. Λέξις.[2])

a) *Primo tractatur ἐκλογή (h. e. translata verba ac facta) §§ 77—102*[3]):

Aristoteles:	Demetrius:
	§ 77: τὴν δὲ λέξιν ἐν τῷ χαρακτῆρι τούτῳ περιττὴν εἶναι δεῖ καὶ ἐξηλλαγμένην καὶ ἀσυνήθη μᾶλλον. οὕτω γὰρ ἕξει τὸν ὄγκον.
c. 2 pg. 1404 B 5: τῶν δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια, μὴ ταπεινὴν δὲ ἀλλὰ κεκοσμημένην τἆλλα ὀνόματα ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς (capp. 21 et 22).	ἡ δὲ κυρία καὶ συνήθης σαφὴς μὲν ἀεί, τῇ δὲ καὶ εὐκαταφρόνητος.
c. 2 pg. 1405 A 8: καὶ τὸ σαφὲς (cf. Demetr. § 82) καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ξενικὸν ἔχει μάλιστα ἡ μεταφορὰ	§ 78: πρῶτα μὲν οὖν μεταφοραῖς χρηστέον· αὗται γὰρ μάλιστα καὶ ἡδονὴν συμβάλλονται τοῖς λό-

1) § 76 agitur de vi materiae in arte pingendi, ubi Niciae praeceptum (ἔλεγεν εἶναι τῆς γραφικῆς τέχνης οὐ μικρὸν μέρος τὸ λαβόντα ὕλην εὐμεγέθη ⟨μεγάλως⟩ γράφειν) fortasse Theophrasto debetur.

2) Non ἐκλογὴν tantum Demetrius sub λέξεως titulo tractat, sed praeter verborum delectum ipsum (§§ 77—102) tractantur peculiares πηγαὶ μεγαλοπρεπείας quae neque ad ἐκλογὴν neque ad σύνθεσιν specialiter pertinent.

3) Ex Theophrasto Demetrium hausisse praecipue ex comparatione cum Aristotelis doctrina elucet.

καὶ λαβεῖν οὐκ ἔστιν αὐτὴν παρ' ἄλλου.	γοις καὶ μέγεθος·
c. 2 pg. 1404 B 12: ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μέτρων πολλά τε ποιεῖ τοῦτο καὶ ἁρμόττει ἐκεῖ . . . ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις, πολλῷ ἐλάττοσιν, (ἡ γὰρ ὑπόθεσις ἐλάττων) . . . . ἀπρεπέστερον.	μὴ μέντοι πυκναῖς, ἐπεί τοι διθύραμβον ἀντὶ λόγου γράψομεν.
c. 2 pg. 1405 A 35: ἔτι δὲ οὐ πόρρωθεν δεῖ ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοιειδῶν μεταφέρειν.	μηδὲ (cod.: μήτε; correxit Arnim) μὴν πόρρωθεν μετενηνεγμέναις, ἀλλ' αὐτόθεν καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου· οἷον ἔοικεν ἀλλήλοις στρατηγός, κυβερνήτης, ἡνίοχος· πάντες γὰρ οὗτοι ἄρχοντές εἰσιν.
c. 4 pg. 1407 A 14: ἀεὶ δὲ δεῖ τὴν μεταφορὰν τὴν ἐκ τοῦ ἀνάλογον ἀνταποδιδόναι καὶ ἐπὶ θάτερα τῶν ὁμοιογενῶν· οἷον εἰ ἡ φιάλη ἀσπὶς Διονυσίου καὶ τὴν ἀσπίδα ἁρμόττει λέγεσθαι φιάλην Ἄρεως.	ἀσφαλῶς οὖν ἐρεῖ καὶ ὁ τὸν στρατηγὸν κυβερνήτην λέγων τῆς πόλεως καὶ ἀνάπαλιν ὁ τὸν κυβερνήτην ἄρχοντα τῆς νηός·

Cum Aristoteles dixerit, ἀνταπόδοσιν illam metaphorae necessariam esse ('ἀεὶ δὲ δεῖ τὴν μεταφορὰν . . . ἀνταποδιδόναι'), apud Demetrium (§ 79) sanior invenitur doctrina, quam scilicet non ipse excogitavit: extat enim iam apud Tryphonem:

Demetr. § 79: οὐ πᾶσαι μέντοι ἀνταποδίδονται	Anonymus[1]) mutilus III 228, 22 Sp.: ἔτι τῶν μετα-

1) Anonymi exempla conferas quaeso cum Demetrii exem-

ὥςπερ αἱ προειρημέναι· ἐπεὶ τὴν ὑπώρειαν μὲν τῆς Ἴδης ʻπόδαʼ ἐξῆν εἰπεῖν τὸν ποιητήν (Il. II 824, XX 59), τὸν δὲ τοῦ ἀνθρώπου πόδα οὐκέτι ὑπώρειαν εἰπεῖν.

φορῶν αἱ μὲν ἀντιςτρέφουςιν, αἱ δὲ οὔ· καὶ ἀντιςτρέφουςι μὲν αἱ τοιαῦται (Ps. Hom. fr. 12 Kinkel pg. 74) ʻφθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρώροιοʼ καί· ʻἵππων κυβερνητῆρεςʼ ἔχουςι γάρ τι μέςον πρὸς ἀλλήλους· ὁ μὲν γὰρ τὴν τῶν ἵππων ἐξιθύνει πορείαν, ὁ δὲ τῶν νεῶν. οὐκ ἀναςτρέφουςι δὲ αἱ τοιαῦται· (Odyss. X 195) ʻνῆςος τὴν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐςτεφάνωταιʼ ... ὅπερ οὐκ ἀντιςτρέψας εἴποι, ὅτι ςτέφανος ἡμῶν κύκλῳ τὴν κεφαλὴν περιρρεῖ· τὸ γὰρ τοιοῦτον γελοῖον.

Qua re adnotata iam Aristotelis cum Demetrio comparationem prosequamur:

Aristot. c. 4 pg. 1406 B 20: ἔςτιν δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά. διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα ʻὡς δὲ λέων ἐπόρουςενʼ (cf. Ilias XX 164),

Demetr. § 80: ἐπὰν μέντοι κινδυνώδης ἡ μεταφορὰ δοκῇ, μεταλαμβανέςθω εἰς εἰκαςίαν· οὕτω γὰρ ἀςφαλεςτέρα γίγνοιτ' ἄν· εἰκαςία δ' ἔςτι μεταφορὰ πλεονά-

---

plis in § 78 (ςτρατηγός — κυβερνήτης — ἡνίοχος). Locus Il. XX 59 apud Byzantinos Tryphonis epitomatores recurrit: pg. 192, 7; 228, 10; 246, 15. Ceterum cf. Ps.-Plut. de vita et poesi Hom. vol. VII pg. 347, 11 Bern.

εἰκών ἐϲτιν, ὅταν δὲ ‘λέων, ἐπόρουϲε’ μεταφορά.

ζουϲα· οἷον εἴ τιϲ τῷ (Dem. de cor. pg. 272) ‘τότε τῷ Πύθωνι τῷ ῥήτορι, ῥέοντι καθ’ ὑμῶν’ προϲθεὶϲ εἴποι· ‘ὥϲπερ ῥέοντι καθ’ ὑμῶν’.[1])

Ar. c. 11 pg. 1411 B 21: ὅτι μὲν οὖν τὰ ἀϲτεῖα ἐκ μεταφορᾶϲ ἐκ τῆϲ ἀναλόγου λέγεται καὶ τῷ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν, εἴρηται (pg. 1411 A 26)· λεκτέον δὲ τί λέγομεν πρὸ ὀμμάτων καὶ τί ποιοῦϲι γίγνεται τοῦτο· λέγω δὴ πρὸ ὀμμάτων ταῦτα ὅϲα ἐνεργοῦντα ϲημαίνει ... καὶ ὡϲ κέχρηται πολλαχοῦ Ὅμηροϲ τὸ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα ποιεῖν διὰ τῆϲ μεταφορᾶϲ. ἐν πᾶϲι δὲ τῷ ἐνέργειαν ποιεῖν εὐδοκιμεῖ· οἷον ἐν τοῖϲδε ... (Ilias XIII 587) ‘ἔπτατ’ οἰϲτόϲ’ καὶ (Il. IV 126) ‘ἐπιπτέϲθαι μενεαί-

Demetr. § 81: Ἀρίϲτη δὲ δοκεῖ μεταφορὰ τῷ Ἀριϲτοτέλει ἡ κατὰ ἐνέργειαν καλουμένη, ὅταν τὰ ἄψυχα ἐνεργοῦντα εἰϲάγηται καθάπερ ἔμψυχα ὡϲ τὸ ἐπὶ βέλουϲ (Hom. Il. IV 126) ‘ὀξυβελὴϲ καθ’ ὅμιλον ἐπιπτέϲθαι μενεαίνων’ καὶ τὸ (Il. XIII 799) ‘κυρτά, φαληριόωντα’ πάντα γὰρ ταῦτα ... ζωτικαῖϲ ἐνεργείαιϲ ἔοικεν.

1) Hic praeter doctrinam de metaphorae et εἰκόνοϲ relatione (Rhet. III c. 4) etiam ‘τὸ θρυλούμενον’ illud subest praeceptum Aristotelis Theophrastique de ‘remediis’ audaciorum translationum (Theophr. fr. X [= περὶ ὕψουϲ cap. 32, 3] et fr. XI [Cic. ad fam. XVI 17]; cf. praeterea auctor ad Her. 34, 45. Cic. de or. III 165; orator § 81; de optimo gen. orat. § 4; Quint. VIII 3, 37 (qui ad Aristotelis locum Rhet. III c. 7 pg. 1408 B 2 alludit).

νων᾿ . . . ἐν πᾶϲι γὰρ τούτοιϲ διὰ τὸ ἔμψυχα εἶναι ἐνεργοῦντα φαίνεται· . . . ποιεῖ δὲ καὶ ἐν τοῖϲ εὐδοκιμούϲαιϲ εἰκόϲιν ἐπὶ τῶν ἀψύχων ταῦτα· (Ilias XIII 799) ῾κυρτὰ φαληριόωντα . . .᾿ κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιεῖ πάντα.	
c. 2 pg. 1405 A 3: καὶ τὸ ϲαφὲϲ . , . ἔχει μάλιϲτα ἡ μεταφορά.	§ 82: ἔνια μέντοι ϲαφέϲτερον ἐν ταῖϲ μεταφοραῖϲ λέγεται καὶ κυριώτερον ἤπερ ἐν αὐτοῖϲ τοῖϲ κυρίοιϲ ὡϲ τὸ (Il. XIII 339) ῾ἔφριξεν δὲ μάχη᾿ οὐ γὰρ ἄν τιϲ αὐτὸ μεταβαλὼν διὰ κυρίων οὔτ᾿ ἀληθέϲτερον εἴποι οὔτε ϲαφέϲτερον.
c. 2 pg. 1405 A 10: δεῖ δὲ καὶ τὰϲ μεταφορὰϲ ἁρμοττούϲαϲ λέγειν· τοῦτο δ᾿ ἔϲται ἐκ τοῦ ἀνάλογον.	§ 83: δεῖ μέντοι μὴ λανθάνειν ὅτι ἔνιαι μεταφοραὶ μικροπρέπειαν ποιοῦϲι μᾶλλον ἢ μέγεθοϲ . . . δεῖ γὰρ ἐκ τῶν μειζόνων μεταφέρειν εἰϲ τὰ μικρά, οὐ τὸ ἐναντίον.
c. 11 pg. 1412 B 34: ἀεὶ γὰρ ἐκ δυοῖν λέγονται (sc. αἱ εἰκόνεϲ· i. e. illo ῾ὡϲ᾿ addito), ὥϲπερ ἡ ἀνάλογον μεταφορά (sc.: minus audax redditur attributo addito:) οἷ-	§ 85: ἔνιοι δὲ καὶ ἀϲφαλίζονται τὰϲ μεταφορὰϲ ἐπιθέτοιϲ ἐπιφερομένοιϲ, ὅταν αὐτοῖϲ κινδυνώδειϲ δοκῶϲιν, ὡϲ ὁ Θέογνιϲ (TGF² pg. 769 fr. 1 Nauck) παρατίθεται·

ον· ἡ ἀσπὶς φαμέν ἐστι ‘φιάλη Ἄρεως’ καὶ τόξον ‘φόρμιγξ ἄχορδος’· οὕτω μὲν οὖν λέγουσιν οὐχ ἁπλοῦν· τὸ δ’ εἰπεῖν τὸν τόξον ‘φόρμιγγα’ ἁπλοῦν (sc. καὶ κινδυνῶδες). c. 2 pg. 1404 B 33: τούτοις μόνοις (dicit κύριον, οἰκεῖον, μεταφοράν) πάντες χρῶνται· πάντες γὰρ μεταφοραῖς διαλέγονται . . . ὥστε δῆλον ὡς, ἂν εὖ ποιῇ τις, ἔσται τε ξενικὸν καὶ λανθάνειν ἐνδέχεται καὶ σαφηνιεῖ.

Cic. or. § 94: Aristoteles autem tralationi et haec ipsa (i. e. metonymiam)[2] subiungit et abusionem, quam κατάχρησιν vocat, ut cum ‘minutum’ dicimus ‘animum’ pro parvo et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet.

‘τείνοντος οὖν[1]) φόρμιγγ’ ἄχορδον’ ἐπὶ τοῦ τῷ τόξῳ βάλλοντος· ἡ μὲν γὰρ ‘φόρμιγξ’ κινδυνῶδες ἐπὶ τοῦ τόξου· τῷ δὲ ‘ἀχόρδῳ’ ἠσφάλισται.

Demetr. § 86: πάντων δὲ τῶν ἄλλων ἡ συνήθεια καὶ μάλιστα μεταφορῶν διδάσκαλος· μικροῦ γὰρ σχεδὸν πάντα μεταφέρουσα λανθάνει διὰ τὸ ἀσφαλῶς μεταφέρειν ‘λευκήν τε φωνήν’ λέγουσα καὶ . . . ‘τραχὺ ἦθος’ καὶ ‘μακρὸν ῥήτορα’... § 87: τοῦτον ἐγὼ κανόνα τίθεμαι τῆς ἐν λόγοις μεταφορᾶς τὴν τῆς συνηθείας τέχνην εἴτε φύσιν· οὕτως γοῦν ἔνια μετήνεγκεν ἡ συνήθεια καλῶς, ὥστε οὐδὲ κυρίων ἔτι ἐδεήθημεν, ἀλλὰ μεμένηκεν ἡ μεταφορὰ κατέχουσα τὸν τοῦ κυρίου τόπον, ὡς ‘ὁ τῆς ἀμπέλου ὀφθαλμός’ . . . (Sequuntur alia exempla § 88).[3])

---

1) cod.: τον τοξο; correxit Arnim.

2) Metonymia Demetrii negligentia deperdita est.

3) Dubium non est, quin et Aristoteles et Demetrius hic

Aristot. c. 4 pg. 1406 B 20: ἔστιν δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα 'ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν' εἰκών ἐστιν, ὅταν δὲ 'λέων ἐπόρουσε' μεταφορά .... μεταφοραὶ γάρ εἰσι (αἱ εἰκόνες) διαφέρουσαι τῷ εἰρημένῳ.	Demetr. § 89: ἐπὰν μέντοι εἰκασίαν ποιῶμεν τὴν μεταφορὰν ὡς προλέλεκται (§ 80), στοχαστέον τοῦ συντόμου καὶ τοῦ μηδὲν πλέον τοῦ 'ὥσπερ' προτιθέναι, ἐπεί τοι ἀντ' εἰκασίας παραβολὴ ἔσται ποιητική .... 90 τὰς δὲ παραβολὰς ταύτας οὔτε ῥᾳδίως ἐν τοῖς πεζοῖς λόγοις τιθέναι δεῖ οὔτε ἄνευ πλείστης φυλακῆς.
	Demetr. § 90: καὶ περὶ μεταφορᾶς[1]) μὲν τοσαῦτα ὡς τύπῳ εἰπεῖν.
Aristot. c. 2 pg. 1404 B 28: διπλοῖς ὀνόμασι καὶ πεποιημένοις ὀλιγάκις καὶ ὀλιγαχοῦ χρηστέον.	§ 91: ληπτέον δὲ καὶ τὰ σύνθετα ὀνόματα.
poet. c. 22 pg. 1459 A 8: τῶν δ' ὀνομάτων τὰ μὲν	οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα, οἷον (Lyric. fragm.

de abusione loquantur. Nam exemplum 'ἀμπέλου ὀφθαλμός' recurrit passim apud Byzantinos sub abusionis nomine. Idem ('gemmare vites') habent Cic. de or. III 155 et Quint. VIII 6, 4. Ceterum Aristotelis exempla ('minutus animus', quod ad exemplum ex de or. III 169 accedit 'grandis oratio' pro 'longa') simillima sunt eorum, quae Demetrius (sine dubio ex Theophrasto) affert: τραχὺ ἦθος, μακρὸς ῥήτωρ.

1) Prorsus Theophrasti ex sententia Demetrius κατάχρησιν (§§ 86—88) et εἰκόνα (§§ 89, 90) metaphorae ut species anonymas subiecit.

διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖc διθυράμβοιc.

adesp. 128 Bergk) ʽθεοτεράτουc πλάναcʼ οὐδὲ ʽἄcτρων δορύπυρον cτρατόνʼ ἀλλʼ ἐοικότα τοῖc ὑπὸ τῆc cυνηθείαc cυγκειμένοιc ...

c. 6 pg. 1407 B 26: εἰc ὄγκον δὲ τῆc λέξεωc cυμβάλλεται τάδε· τῷ λόγῳ χρῆcθαι ἀντʼ ὀνόματοc· οἷον μὴ ʽκύκλονʼ ἀλλʼ ʽἐπίπεδον τὸ ἐκ τοῦ μέcου ἴcονʼ. εἰc δὲ cυντομίαν τὸ ἐναντίον· ἀντὶ τοῦ λόγου ὄνομα.

§ 92: ἕξει μέντοι τὸ cύνθετον ὄνομα ὁμοῦ ... μέγεθοc καὶ ἅμα καὶ cυντομίαν τινά. ὄνομα γὰρ τεθήcεται ἀντὶ ὅλου τοῦ λόγου οἷον ἂν τὴν τοῦ cίτου κομιδὴν ʽcιτοπομπίανʼ λέγῃc· πολὺ γὰρ οὕτω μεῖζον· τάχα δʼ ἂν καὶ λυθέντοc ὀνόματοc εἰc λόγον ἕτερον τρόπον μεῖζον γένοιτο ἄν· οἷον· ʽcίτου πομπήʼ ἀντὶ ʽcιτοπομπίαcʼ.[1])

§§ 94—98 specialis ὀνοματοποιίας doctrina sequitur.[2])

1) Theophrastus totam rem in prorsus aliam regionem compellit videns — quod oratorum attineat usum — id tantum agi, utrum cύνθετον adhibeatur ὄνομα, cuius rei notio apud Aristotelem aegre desideratur, an eiusdem explicatio periphrastica (λόγοc). Praeterea, cum optimo iure accesserit ad Aristotelis sententiam: ὄνομα (h. e. cύνθετον) brevius esse quam ὅλον λόγον, feliciter altera in re magistrum emendavit, qui solum λόγον dixerat esse ʽgrandemʼ.

In § 93 inepto exemplo utitur Demetrius, videlicet Theophrasti doctrinam clariorem reddere sibi visus. Tota enim res potius ludum redolet tironum quam Peripatum.

2) Aristoteles eius rei accuratiorem doctrinam elaborasse non videtur. Tamen hic etiam demonstrari potest ex Theophrasto hausisse Demetrium. Vestigia enim agnoscuntur singularum

§ 94: Τὰ δὲ πεποιημένα ὀνόματα ὁρίζονται μὲν τὰ κατὰ μίμηcιν ἐκφερόμενα πάθουc ἢ πράγματοc οἷον ὡc τὸ 'cίζε' καὶ τὸ 'λάπτοντεc'.

§ 95: ποιεῖ δὲ μάλιcτα μεγαλοπρέπειαν διὰ τὸ οἷον ψόφοιc ἐοικέναι καὶ μάλιcτα τῷ ξεν⟨ικ⟩ῷ· οὐ γὰρ ὄντα ὀνόματα λέγει⟨ν ἐοίκαμεν⟩, ἀλλὰ τότε γινόμενα, καὶ ἅμα cοφόν τι φαίνεται ὀνόματοc καινοῦ γένεcιc οἷον cυνηθείαc· ἔοικεν οὖν ὀνοματουργῶν τοῖc πρώτοιc θεμένοιc τὰ ὀνόματα.[1])

§ 97: ποιητέον μέντοι [ἤτοι] τὰ μὴ ὠνομαcμένα ⟨ἢ κατ' ἀναλογίαν⟩ οἷον ὁ τὰ τύμπανα καὶ τἄλλα τῶν μαλθακῶν ὄργανα 'κιναιδίαc'[2]) εἰπὼν ἢ παρὰ τὰ κείμενα παρονομάζοντα [αὐτὸν οἷον] ὡc Ἀριcτοτέληc τὸν 'ἐλεφαντιcτὴν' καὶ τὸν 'cκαφίτην' [τιc] ἔφη τὸν τὴν cκάφην ἐρέccοντα καὶ [Ἀριcτοτέληc] τὸν 'αὐτίτην' [οἷον] τὸν μόνον [αὐτὸν] ὄντα.[3])

ὀνοματοποιίαc specierum (de quibus cf. supra pg. 56, 1); nam praeter cύνθετον ὄνομα (§§ 91—93) habemus ὀνοματοποιίαν κατὰ μίμηcιν φωνῆc (§§ 94, 95) atque κατὰ παραγωγήν (§ 97). ὀνοματοποιία κατ' ἀναλογίαν sola librariorum culpa excidisse videtur.

1) cf. auctor ad H. IV 31, 42; Quint. VIII 3, 30.

2) ἢ κατ' ἀναλογίαν supplevi deleto ἤτοι, quia sana ratione opponi non possunt ὀνοματοποιίαc notio generalis eiusque species (παραγωγή). Itaque hic excidit alterius speciei nomen quam ὀνοματοποιίαν κατ' ἀναλογίαν fuisse oportet. Nam 'κιναιδία' Demetrii auctor putaverit dictum esse ex analogia vocis 'ἀναιδία'.

3) Textus ordinem mirum in modum confusum restituere conatus sum. In Parisino leguntur haec: ποιητέον μέντοι ἤτοι τὰ μὴ ὠνομαcμένα οἷον ὁ τὰ τύμπανα καὶ τἄλλα τῶν μαλθακῶν ὄργανα κιναιδίαc εἰπὼν καὶ Ἀριcτοτέληc τὸν ἐλεφαντιcτὴν ἢ παρὰ τὰ κείμενα παρονομάζοντα αὐτὸν οἷον ὡc τὸν cκαφίτην τιc ἔφη τὸν τὴν cκάφην ἐρέccοντα καὶ Ἀριcτοτέληc τὸν αὐτίτην οἷον τὸν μόνον αὐτὸν ὄντα. Manifestum est enim exemplum 'ἐλεφαν-

Sequitur de allegoria et aenigmate[1]) *doctrina:*

Demetr. § 99: Μεγαλεῖον δέ τί ἐςτι καὶ ἡ ἀλληγορία καὶ μάλιςτα ἐν ταῖς ἀπειλαῖς οἷον ὡς ὁ Διονύςιος ὅτι ʿοἱ τέττιγες αὐτοῖς[2]) ᾄςονται χαμᾶθεν'. 100: εἰ δ' οὕτως ἁπλῶς εἶπεν ὅτι τεμεῖ τὴν Λοκρίδα χώραν καὶ ὀργιλώτερος ἂν ἐφάνη καὶ εὐτελέςτερος[3])...

Aristot. Rhet. II 11 pg. 1412 A 21: καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων δὲ τὰ ἀςτεῖα ἐκ τοῦ μή, ὅ φηςι, λέγειν (= allegoria) οἷον τὸ Cτηςιχόρου ὅτι ʿοἱ τέττιγες ἑαυτοῖς (sic Roemer ex codice G) χαμόθεν ᾄςονται'.

ʿτιςτής' eiusdem speciei esse atque ʿςκαφίτης', itaque verba transponenda erant. Praeterea sine dubio Aristotelis sunt tria exempla omnia: ἐλεφαντιςτής, ςκαφίτης, αὐτίτης· (cf. Aristot. frgm. 609 Rose = Demetr. 144) itaque illud τις delendum erat quod propter ordinis perturbationem additum esse videtur neque repetendum erat Aristotelis nomen. Denique patet ad verba ʿτὸν αὐτίτην τὸν μόνον ὄντα' glossam adscriptam esse ʿοἷον αὐτόν', quam bis in textum irrepsisse videmus.

1) Aristoteles et Theophrastus (Cic. or. 94; cf. Quint. VIII 6, 44) docuerunt continuatis tranlationibus fieri ἀλληγορίαν. Itaque et allegoria species est metaphorae et αἴνιγμα (cf. Aristot. c. 2 pg. 1405 A 35); ut enim continuis translationibus efficitur ἀλληγορία ita continuis allegoriis efficitur αἴνιγμα (Demetr. 102; Quint. VIII 16, 52). Apud Quint. VIII 6, 44 allegoriae praeter αἴνιγμα etiam ironia subicitur.

2) Apud Demetrium melius αὐτοῖς legendum est cum Aristotele (h. e. ʿcicadae interfectis hominibus s i b i i p s i s cantabunt').

3) Dictum non est Dionysii sed Stesichori (Aristot. Rhet. II 21 et III 11; Theophrastus apud Gregor. Corinth. VII 1154). Demetrii (qui rectam dicti interpretationem habet 243) errore duo allegoriae exempla (ex § 102 ʿΔιονύςιος ἐν Κορίνθῳ' et Stesichori dictum) in unum contracta sunt; itaque interpretatio ʿὅτι τεμεῖ (sc. Dionysius) τὴν Λοκρίδα χώραν' genuina non est

Demetr. § 102: Φυλάττεcθαι μέντοι κἀπὶ ταύτης τὸ cυνεχὲc ὡc μὴ αἴνιγμα ὁ λόγος ἡμῖν γένηται οἷον τὸ ἐπὶ τῆc cικύαc τῆc ἰατρικῆc (Cleobuline fr. I) ʻἄνδρ᾽ εἶδον πυρίχαλκον (πυρὶ χαλκὸν male editiones) ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήcαντα᾽.

καὶ οἱ Λάκωνεc πολλὰ ἐν ἀλληγορίαιc ἔλεγον ἐκφοβοῦντεc οἷον τὸ ʻΔιονύcιοc ἐν Κορίνθῳ᾽ πρὸc Φίλιππον.

cf. Quint. VIII 6, 52: Est et in exemplis allegoria, si non praedicta ratione ponuntur. Nam ut ʻDionysium Corinthi esse᾽, quo Graeci omnes utuntur, ita plurima similia dici possunt.

καὶ τὰ εὖ ᾐνιγμένα διὰ τὸ αὐτὸ ἡδέα· μάθηcιc γὰρ καὶ λέγεται μεταφορά.

poet. c. 22 pg. 1458 A 23: ἀλλ᾽ ἄν τιc ἅπαντα τοιαῦτα (glossas et metaphoras) ποιήcῃ ἢ αἴνιγμα ἔcται ἢ βαρβαριcμόc· ἂν μὲν οὖν ἐκ μεταφορῶν αἴνιγμα . . . οἷον (Cleobuline fr. I): ʻἄνδρ᾽ εἶδον πυρίχαλκον ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήcαντα᾽.

Rhet. II c. 21 pg. 1394 B 35: ἁρμόττει δὲ ἐν τοῖc τοιούτοιc καὶ τὰ Λακωνικὰ ἀποφθέγματα καὶ τὰ αἰνιγματώδη.

b) *Sequuntur εἴδη κατασκευῆς h. e.: peculiares μεγαλοπρεπείας fontes*[1]):

---

et Demetrio sic fere scribendum fuit: οἷον ὡc ὁ Cτηcίχοροc ἐν Λοκροῖc εἶπεν ὅτι οἱ τέττιγεc αὐτοῖc ᾄcονται χαμᾶθεν ⟨ὑπονοούμενοc· τὰ δένδρα ὑμῶν ἐκκοπήcεται (ex § 243)⟩. εἰ δ᾽ οὕτωc ἁπλῶc εἶπεν, καὶ ὀργιλώτεροc ἂν ἐφάνη καὶ εὐτελέcτεροc.

1) Superiora omnia (77—102) ad ἐκλογὴν ὀνομάτων perti-

Demetr. § 103: ἡ cυντομία δὲ πῆ μὲν μεγαλο-	Aristot. c. 6 pg. 1407 B 35: (εἰc ὄγκον δὲ τῆc λέξεωc

nent. Nam 77—88 actum est de metaphora, 89. 90 de imagine, 91—92 de verbis factis, 99—102 de allegoria et aenigmate. Itaque nihil ibi tractatur nisi facta verba et translata: nam εἰκών, ἀλληγορία, αἴνιγμα omnia ex metaphora profluxerunt eiusque species sunt licet non 'uno verbo' contineantur; sed vel magis notionem 'delectus verborum' excedunt quae sequuntur (cυντομία 103, ἀποcιώπηcιc 103, sententiosae exornationes 106—113). Quarum rerum de nomine eo haesitamus, quod ab ipsis technographis aut 'tropis' aut 'sententiarum figuris' adnumerantur, ut iam ex ea diversitate pateat neutram terminologiam antiquam et genuinam esse. Nos autem aptum rei nomen in fontibus nostris non invenientes exornationibus illis μεγαλοπρεπείαc propriis nomen 'εἴδη καταcκευῆc' imposuimus. Nam περὶ τῶν τῆc καταcκευῆc εἰδῶν inscriptus fuit liber praestantissimus, cuius initium praebet Polybius nescio quis Sardianus (vol. III 106, 15 sqq. Spengel). Quae praecedunt (h. e. Polybii initium) confusum quoddam praebent περὶ ἀλλοιώcεωc excerptum.

Εἰδῶν καταcκευῆc tabella ex Demetrio, Quintiliano, auctore ad H., Tryphone restituenda est (cf. Append. pg. 202 sqq.). Demetrii exornationum tabellam mutilam esse ex eo demonstrari potest, quod in reliqua eius libri parte quas hic desideramus exornationes occurrunt: § 265 legitur προcωποποιία ante quam 264 tractatur ἀποcιώπηcιc; iam igitur vides eas res olim in Demetrii fonte fuisse coniunctas; αὐξήcεωc praeterea vestigium extat §§ 267 sq., περὶ ἐναργείαc disputatur §§ 209 sqq. Denique ne ἔμφαcιc quidem desideratur, cuius vestigium extat 282. Atque vel locus ipse potest ostendi, quo, quae apud Demetrium desiderantur (ἔμφαcιc, ἐνάργεια, αὔξηcιc) interciderunt. §§ 103, 104 enim tractatur cυντομία quae dicitur effici 'coniunctione' (§ 103) et 'oratione obliqua' (τὸ πλάγιον § 104), § 105 autem ordo rerum foede interrumpitur repetitione § 48 (δυcφωνία cυνθέcεωc), cuius causa sane ea erat, quod in parte περὶ cυνθέcεωc μεγαλοπρεποῦc hic ordo erat: §§ 45—47 τὸ πλάγιον, § 48 δυc-

πρεπής ...[1]) πῆ δὲ μικροπρεπής· καὶ γὰρ ἐν διλογίαις γίνεται μέγεθος· οἷον ὡς Ξενοφῶν (anab. I 8, 20) 'τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο' φησί 'τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν φιλίων, τὰ δὲ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων' πολὺ γὰρ οὕτως μεῖζον ἢ εἴπερ ὧδ' εἶπεν· 'καὶ διὰ τῶν φιλίων καὶ διὰ τῶν πολεμίων αὐτῶν'.

συμβάλλεται τάδε·) ... μὴ ἐπιζευγνύναι, ἀλλ' ἑκατέρῳ ἑκάτερον (h. e. διεζευγνύναι) 'τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας', ἐὰν δὲ συντόμως τουναντίον 'τῆς ἡμετέρας γυναικός'.[2])

§ 104: πολλαχοῦ δὲ τὸ πλάγιον (sc. καὶ σύντομον)[3]) μεῖζον τοῦ εὐθέως.

καὶ μετὰ συνδέσμου (= εὐθέως) λέγειν (grande est): ἐὰν δὲ συντόμως, ἄνευ μὲν συνδέσμου, μὴ ἀσύνδετα δὲ (= πλαγίως).

φωνία συνθέσεως; atque § 48 male interposita post § 104 sine dubio omnes illae exornationes interierunt.

1) Inseruntur pauca verba ad ἀποσιώπησιν pertinentia.

2) Cum Aristoteles docuerit ὄγκον et συντομίαν adversis frontibus pugnare Demetrius (ut videtur Theophrasti ex sententia) ostendit nonnumquam etiam brevitatem efficere τὸ μεγαλοπρεπές. — Quod Demetrius διλογίαν vocat aperte est figura διεζευγμένου, quae opposita est τῷ ἐπεζευγμένῳ (auctor ad H. IV 37 sq. Cicero de or. III 206, or. 135; Quint. IX 3, 45 et 62); atque ἐπεζευγμένον uterque et breve et humile esse dicit.

3) Πλαγιότητα ad brevitatem pertinere ex Demetrii § 198 intellegitur: 'φεύγειν δὲ τὰς πλαγιότητας· καὶ γὰρ τοῦτο ἀσαφές ... συντομώτερον δέ'. — Iam supra (pg. 115 adn. 3) monuimus Theophrastum contra Aristotelis sententiam docuisse: non solum ad brevitatem sed etiam ad ὄγκον aptum esse τὸ πλάγιον. Nam, ut diximus, Aristotelis ex sententia quod breve est haud-

Accedunt tres alii Theophrasteae de brevitate[1]) *doctrinae testes:*

auctor ad H.	Ps.-Tryph.	Quintil.
auctor ad H. § 68: Brevitas est res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita.	Ps.-Tryph. pg. 202,8: ϲυντομία ἐϲτὶ φράϲιϲ αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα τοῦ δηλουμένου ἔχουϲα.	Quintil. § 82: Merito laudatur brevitas integra: sed ea minus praestat, quotiens nihil dicit nisi quod necesse est . . .
Habet paucis comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem.	Βραχύτηϲ ἐϲτὶ φράϲιϲ πλέον τι τοῦ ἀκουομένου νοούμενον ἔχουϲα· οἷά ἐϲτι τὰ Δελφικὰ ἀποφθέγματα· ‘γνῶθι ϲαυτόν’, ‘χρόνου φείδου’, ‘μηδὲν ἄγαν’.	Est vero pulcherrima, cum plura paucis complectimur.

Aposiopesin exhibet Demetrius § 103[2]):

καὶ μάλιϲτα (sc. μεγαλοπρεπήϲ) ἡ ἀποϲιώπηϲιϲ· ἔνια γὰρ μὴ ῥηθέντα μείζονα φαίνεται καὶ ὑπονοηθέντα μᾶλλον.

Hic interponendae esse videntur ex reliquis doctrinae Theophrasteae testibus exornationes a Demetrio hoc loco omissae.[3])

---

quaquam grande esse potest; Theophrastus contra: ἡ δὲ ϲυντομία πῇ μὲν μεγαλοπρεπήϲ, πῇ δὲ μικροπρεπήϲ.

1) Duae distinguuntur brevitatis species: altera brevitas simplex et inornata, altera quae o r n a m e n t i loco est.

2) in disputationem περὶ ϲυντομίαϲ inserta. Apud reliquos tres Theophrasteae doctrinae auctores praeter nomen nihil utile servatum est (auctor ad H. IV 30, 41; Quint. VIII 3, 85. Ps.-Trypho 199, 27).

3) Quas Theophrastum constituisse ea ex re elucet, quod amplificatio (Quint. VIII 4) et sententiosae exornationes (Quint.

Prima sit προσωποποιία[1] *(apud Demetr. 265) cuius nihil fere nisi nomen servatum est.*[2]

Sequatur ἔμφασις (cuius vestigium extat apud Demetrium 282):

Ps.-Trypho III pg. 199, 15: ἔμφαcίc ἐcτι λέξιc δι' ὑπονοίαc αὐξάνουcα τὸ δηλούμενον.

Auctor ad H. IV 54, 67: Significatio est quae plus in suspicione relinquit quam positum est in oratione.

Quint. VIII 3, 83: Amplior virtus est ἔμφαcιc altiorem praebens intellectum quam quae verba per se ipsa declarant. Eius duae sunt species: altera quae plus significat quam dicit, altera quae etiam id quod non dicit.

VIII 5) cum reliquis unam in fontibus efficientes seriem (v. Appendicem pg. 203 sq.) certissimis testimoniis Theophrasto adscribuntur.

1) Huic seriei auctor ad H. (IV 45, 49), Trypho (III 200, 4), Quintilianus (VIII 3, 72) etiam ὁμοίωcιν adnumerant, cuius tres sunt species: εἰκών, παράδειγμα, παραβολή. Quarum rerum Demetrium εἰκόνα et παραβολὴν suo loco (§§ 89, 90) ut metaphorae species tractasse vidimus. Locupletissimam de ea re doctrinam praebet Polybius Sardianus (III 186, 15 sqq.), qui a homoeosi incipiens integra forma sine dubio etiam cetera exposuerat καταcκευῆc εἴδη. Antiquiorem doctrinam haec redolere videntur (III 106, 18): παραβολή ἐcτι πρᾶγμα πράγματι παραβαλλόμενον κατά τι οἰκεῖον αὐξήcεωc ἢ ἐμφάcεωc ἢ caφηνείαc ἕνεκα (cf. auctor ad H. IV 45, 59; Quint. VIII 3, 72). Praeterea cum pg. 107, 1 conferas Quint. VIII 3, 77.

2) A Quintiliano omittitur, apud auctorem ad H. (IV 66) et Polybium (108, 21) male homoeosi subicitur. Peculiaris exor-

οἷον (Odyss. XI 528) 'αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν' ἐν γὰρ τῷ 'κατεβαίνομεν' δηλοῦται τὸ μέγεθος τοῦ ἵππου· καὶ πάλιν (Odyss. VIII 515) 'ἱππόθεν ἐκχυμένοι' τὴν γὰρ ἀθρόαν ὁρμὴν τοῦ πλήθους διὰ μιᾶς ἐσήμανε λέξεως.

84: Prior est apud Homerum cum Menelaus Graios in equum 'descendisse' ait; nam verbo uno magnitudinem eius ostendit.

Emphaseos species auctor ad H. praebet has: per exsuperationem (καθ' ὑπερβολήν), per ambiguum (κατ' ἀμφιβολίαν), per consequentiam (ἐκ τῶν παρακολουθούντων)[1]*, per abscisionem (κατ' ἀποσιώπησιν), per similitudinem (κατ' ἀλληγορίαν).*[2]

'Εναργείας doctrinam exhibet Demetrius[3]*) § 209 sqq.*

γίνεται δὲ ἡ ἐνάργεια πρῶτα μὲν ἐξ ἀκριβολογίας καὶ τοῦ παραλείπειν μηδὲν μηδ' ἐκτέμνειν ... 217 γίνεται

---

natio est apud anonymum III 212, 13 et Georgium Choeroboscum III 254, 13.

1) Exemplum est dictum Bionis Borysthenitae (Diog. Laert. IV 7, 46): 'Quiesce tu cuius pater cubitu emungi solebat'

2) auctor ad H. IV 54, 67; rei nomen ex exemplo conici licet ('noli Saturnine nimium populi frequentia fretus esse: inulti iacent Graeci'); prorsus consentit Quintiliani VIII 6, 52: est et in exemplis allegoria, si non praedicta ratione ponuntur. Nam ut 'Dionysium Corinthi esse' etc. Apud Ps.-Tryphonem (III 202, 20) illud 'Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ' brevitatis exemplum est, apud Demetrium (102) allegoriae. Qua ex re perspicimus ἔμφασιν, ἀλληγορίαν, συντομίαν in communi fonte artissime fuisse coniunctas.

3) Demetrius §§ 209 sqq. ἐνάργειαν enumerat inter virtutes trium dicendi generum communes: pariter fit apud Dionysium de Lys. c. 7. Atque in Theophrasti libro ἐνάργεια sine dubio et peculiaris idea fuit et εἴδεσιν κατασκευῆς adnumerata est: ita enim factum est apud Quintilianum VIII 4, 43 et 61.

δὲ καὶ ἐκ τοῦ τὰ παρεπόμενα τοῖc πράγμαcι λέγειν ἐνάργεια.

auctor ad H. IV 55, 68: Id (demonstratio) fieri poterit, si quae ante et post et in ipsa re facta erunt comprehendemus, aut a rebus consequentibus aut circumstantibus non recedemus.[1])

Ps.-Trypho III 199, 22: ἐνάργειά ἐcτι φράcιc ὑπ' ὄψιν ἄγουcα τὸ νοούμενον.[2])

Postremo inserenda est αὔξησις[3]), *de qua habemus Theophrasti ipsius doctrinam in epitoma Laurentiana (de qua cf. Prolegg. pg. XXVIII sqq.) servatam*[4]): (vol. I pg. 215, 3 Sp.-H.):

ὅτι Θεόφραcτοc ἓξ τρόπουc αὐξήcεωc παραδέδωκε·
τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν πραγμάτων λέγει ἔχειν τὴν αὔξηcιν,
τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀποβαινόντων,
τὰ δὲ ἐξ ἀντιπαραβολῆc καὶ ⟨cυγ⟩κρίcεωc,
τὰ δὲ ἐκ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ πάθουc φαίνεται μεγάλα.[5])

1) cf. Quint. VIII 3, 70: contingit eadem claritas etiam ex accidentibus.

2) Quae definitio sine dubio Theophrastea est; nam reddit Aristotelis illud ʻπρὸ ὀμμάτων ποιεῖνʼ; cf. etiam Cicero part. or. 20: ʻest enim haec pars orationis quae rem constituat paene ante oculosʼ et Dionys. Hal. de Lys. c. 7 vol. I pg. 14, 7: ἐcτὶ δύναμίc τιc ὑπὸ τὰc αἰcθήcειc ἄγουcα τὰ λεγόμενα· γίγνεται δ' ἐκ τῆc τῶν παρακολουθούντων λήψεωc.

3) Demetrius αὐξήcεωc vestigia habet §§ 277 sqq. Auctor ad H. rem prorsus omisit; Tryphonis epitomatores exhibent exilia αὐξήcεωc vestigia: ἐπαύξηcιν (III 225, 7) et ἐξοχήν (III 212, 11 = 252, 19).

4) Praeter αὔξηcιν (§ 11) exhibet etiam (§ 17) ʻsententiosas exornationesʼ (γνωμολογίαν) et ἔμφαcιν (§§ 20, 24).

5) Manifestum est sola epitomatoris imprudentia (qui scilicet cύγκριcιν atque πάθοc distinctas species esse putavit) numerum VI pro genuino IV esse positum. — *Συγκρίσεως* scripsi cum Volkmanno.

Quocum Theophrasti fragmento optime consociari potest Quintiliani doctrina[1]:

VIII 4, 3: Quattuor tamen maxime generibus video constare amplificationem:

incremento (§§ 3—9),
comparatione (§§ 9—14),
ratiocinatione (§§ 15—26),
congerie (§§ 26. 27).[2]

---

1) Quintiliani αὔξηςιν (VIII 4) ex Theophrasto fluxisse videntes iam de fonte ceterarum exornationum (VIII 3) amplius dubitare non possumus.

2) Reapse patet 'comparationem' eandem esse atque 'ἀντιπαραβολὴν καὶ cύγκριςιν'. 'Ratiocinatio' autem comprendit Theophrasti quartam (καιρὸς καὶ πάθος) et alteram speciem (ἐξ ἀποβαινόντων). Nam § 17 legitur: 'sic et ex insequentibus' (addas § 18: 'quae antecesserunt'). Καιρὸς καὶ πάθος tractatur §§ 15, 16; 19—25; Graecas autem voces in Latinum sermonem interponere veritus de suo nomen rei imposuit Quintilianus § 15: 'quas dixi 'per ratiocinationem' fieri amplificationes viderimus an satis proprio nomine significaverim'. Καιροὶ autem nihil aliud sunt quam rei circumstantiae (ex gr. fortitudine Germanorum augetur Caesaris gloria § 20). In §§ 21—23 tractari videtur πάθος: ex gr. Priami πάθει Helenae forma augetur (Γ 126).

Itaque §§ 9—26 tribus ultimis Theophrasti speciebus respondent; altera ex parte quartam speciem ('congeries') Quintilianus de suo addidisse videtur ('Potest adscribi amplificationi congeries'). 'Incrementum' idem dixeris esse atque αὔξηςιν ἐκ τῶν πραγμάτων, nisi prima Theophrasti species potius in Quintiliani §§ 1, 2 latet: nam ibi Quintilianus dicit 'primam' speciem amplificandi esse in ipso rei nomine ('ut cum eum qui sit improbus latronem dicimus'), cum 'incrementum' illud nihil aliud sit quam ceterarum specierum farrago. Tum autem prima Theophrasti species non αὔξηςις

Nunc ad Demetrium revertendum nobis est apud quem — omissis ceteris exornationibus huc pertinentibus (προσωποποιία, ἔμφασις, ἐνάργεια, αὔξησις) — sequuntur 'sententiosae exornationes':

De quibus extat praeclarissimum Theophrasti fragmentum apud Gregorium Corinthium VII 1154, 23 W[1]):

κατὰ γὰρ τὸν Θεόφραστον γνώμη ἐστὶ καθόλου ἀπόφανσις ἐν τοῖς πρακτέοις· εἰσὶ δὲ τούτων αἱ μὲν παράδοξοι, αἱ δὲ ἔνδοξοι, αἱ δὲ ἀμφισβητούμεναι· καὶ αἱ μὲν παράδοξοι δέονται κατασκευῶν· οἵα ἐστὶν αὕτη· (Eurip. Med. v. 296 sq.) 'χρὴ δ' οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ, παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς'. τὰς δὲ ἐνδόξους χρὴ λέγειν ἄνευ ἀποδείξεως οἷον· 'ἀνδρὶ ὑγιαίνειν ἄριστόν ἐστι'. τῶν δὲ μὴ παραδόξων, ἀδήλων δὲ καὶ ἀμφιβόλων προστιθέναι δεῖ τὰς αἰτίας σὺν ἀποφθέγμασιν· οἷον εἴ τις λέγει, ὅπερ Στησίχορος εἶπεν, ὅτι· 'οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες αὐτοῖς χαμόθεν ᾄδωσιν'. ἐὰν γὰρ ὦσιν οἱ ὑβρίζοντες δυνατώτεροι, δενδροτομήσουσι τὴν χώραν ἅπασαν τοσοῦτον, ὥστε μηδὲ τοὺς τέττιγας ἔχειν, ἔνθα καθεσθέντες ᾄσουσι'.[2])

ἐκ τῶν πραγμάτων esset vocanda (quae quid omnino sibi velit equidem non video) sed αὔξησις ἐκ τῶν ὀνομάτων.

1) G. Rosenthal, Ein vergessenes Theophrastfragment. Hermes XXII 317.

2) Iam Rosental (l. l.) ostendit quaecumque exscripsimus (h. e. non solam γνώμης definitionem) Theophrasti esse putanda. Aristotelis enim rhet. II capite 21 in auxilium vocato, probavit hic alia cum Aristotele ad verbum consentire, alia consulto paullulum esse immutata, quod ipsum Rosenthal recte Dielsium secutus dixit Theophrasti esse ex ingenio. Totum autem fragmentum cum viro docto (pg. 318) Theophrasti libro περὶ γνώμης assignare non possumus, nam statim ex rhetorum consensu elucebit re vera de orationis exornatione hi agi.

Stesichori ἀπόφθεγμα apud Demetrium § 99 ut allegoriae exemplum adfertur. Theophrastus sane Stesichori dicto dupli-

Γνωμολογίας Theophrastum tractasse ut orationis exornationes etiam ex epitomae Laur. § 17 elucet (ubi haec tria tractantur Theophrastea εἴδη κατασκευῆς: αὔξησις (11), γνωμολογίαι (17), ἔμφασις (20, 24)):

ὅτι αἱ γνωμολογίαι ἄρισται ἐπὶ τῇ κατασκευῇ.

Nunc autem par est Demetrii adumbrare doctrinam de sententiosis exornationibus (§§ 106—113). Demetrius haec pertractat:

ἐπιφώνημα §§ 106—108, ἐνθύμημα § 109, γνώμη § 110, προσφώνημα § 111, ποιητικὸν ἐν λόγοις §§ 112. 113.[1])

Quintiliani de sententiosis exornationibus doctrina extat VIII 5, 1—11[2]), tractantur autem haec: γνώμη (3—8), ἐνθύμημα (9,

---

cem in modum est usus; atqui re vero illud: οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ κ. τ. λ.' si priorem enuntiati partem respicimus sine dubio γνώμη est, si alterum (de cicadarum cantu) fit allegoria. Qua in re Theophrastus Aristotelem est secutus, apud quem (Rhet. III c. 11 pg. 1412 A 23) Stesichori dictum ut allegoriae (= 'τὸ μή, ὅ φησι, λέγειν') exemplum recurrit.

1) Generalis notio re vera est γνώμη, quae si ratione subiecta profertur fit ἐνθύμημα (Aristot. Rhet. II c. 21 pg. 1394 A 31 = Quint. VIII 5, 4). Γνώμῃ igitur subiciendum erat ἐπιφώνημα (Quint. VIII 5, 2 et 11): quod γνώμη est in fine totius orationis ornatus causa addita. προσφώνημα contra est sententia ante rem actam prolata. — Mutuam rerum rationem Demetrius pervertit omnia subiciens epiphonemati; non est enim epiphonema ut ei (106) videtur λέξις ἐπικοσμοῦσα, sed γνώμη ἐπικοσμοῦσα. —

§ 108 Demetrius sequitur Romanum rhetora nescio quem, cum quo loco conferas Quint. VIII 5, 28.

Ad sententiosas exornationes pertinet etiam τὸ ποιητικὸν ἐν λόγοις (112, 113) nam saepius γνῶμαι usurpantur ex poetis haustae. Locus Herodoti, qui § 112 (ut vidit Radermacher) interiit, videtur esse VII 161, ubi Homeri locus B 552 μεταφράζεται.

2) Genuino profecto loco, h. e. doctrina περὶ αὐξήσεως ab-

10), ἐπιφώνημα (11). Theophrastea procul dubio sunt ea quae aut cum Aristotele[1] *aut cum auctore ad H. consentiunt.*

Ar. c. 21 pg 1394 A 31:	Quint. VIII 5, 4:	auctor ad H. IV 17,24:
	illud verius esse eam (γνώμην) aliquando simplicem ... aliquando	huiusmodi sententiae simplices non sunt improbandae ... sed illud quoque probandum est genus sententiae, quod confirmatur
	ratione subiecta ...	subiectione rationis
		... sunt etiam sententiae, quae
	nonnumquam duplicem.	dupliciter efferuntur.
	7: In hoc genere custodiendum est et id quod ubique, ne crebrae sint,	§ 25: Sententias interponi raro convenit, ut rei actores, non vivendi praeceptores videamur esse.
	ne palam falsae, quales frequenter ab iis dicuntur, qui haec καθολικά vo-	

soluta. — Reliqua (post § 11) ad Quintilianeae aetatis suasorias pertinent.

1) Eum dico locum, quo etiam Theophrasti fragmentum utitur.

	cant[1]) et quidquid pro causa videtur quasi indubitatum pronuntiant, et ne passim et a quocumque dicantur.
ἁρμόττει δὲ γνωμολογεῖν ἡλικίᾳ μὲν πρεσβυτέρων, περὶ δὲ τούτων ὧν ἔμπειρός τις ἐστίν, ὡς τὸ μὲν μὴ τηλικοῦτον ὄντα γνωμολογεῖν ἀπρεπὲς . . . . περὶ δὲ ὧν ἄπειρος ἠλίθιον καὶ ἀπαίδευτον.	8 Magis enim decent eos in quibus est auctoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum . . . si iudicet in dicendo et quodam modo praecipiat?

Tryphonis de sententiosis exornationibus doctrinae exile extat vestigium: Ps.-Tryphonis προαναφώνησις, quae plane eadem res est atque Demetrii προσφώνημα:

Demetr. § 111: ʽτὸ δὲ (Il. XII 113) »νήπιος οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἔμελλε κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξειν« οὐδ᾽ αὐτὸ ἐπιφώνημα ἂν εἴη· οὐ γὰρ ἐπιλέγεται οὐδὲ ἐπικοσμεῖ, οὐδ᾽ ὅλως ἐπιφωνήματι ἔοικεν ἀλλὰ προσφωνήματι ἢ ἐπι-	Ps.-Trypho (pg. 203, 15): ʽπροαναφώνησίς ἐστι λέξις περὶ τῶν μελλόντων προαναφωνουμένη μεταξὺ τῆς συνεχούσης διηγήσεως (Il. XI 602 sqq.), »αἶψα δ᾽ ἑταῖρον ἑὸν Πατροκλῆα προσέειπε φθεγξάμενος παρὰ νη-

1) 1395 A 8 sqq. Aristotelis respicit sententias eas, quae ut καθολικαί efferuntur quidem sed re vera universales non sunt. Itaque Quintiliani ʽpalam falsae᾽ idem esse videntur atque Aristotelis καθολικαὶ φαινόμεναι.

κερτομήματι'. ός, ὁ δὲ κλισίηθεν ἀκούσας ἔκμολεν ἶσος Ἄρηϊ· κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή«.[1])

4. Περὶ κακοζηλίας.[2])

Demetr. § 114: ὥσπερ δὲ παράκειται φαῦλά τινα ἀστείοις τισίν, οἷον θάρρει μὲν τὸ θράσος, ἡ δ' αἰσχύνη τῇ αἰδοῖ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῆς ἑρμηνείας τοῖς χαρακτῆρσιν παράκεινται διημαρτημένοι τινές.[3])

---

1) Etiam Ps.-Tryphonis (pg. 203, 21) παρέκβασιν (cf. Ps.-Gregorium pg. 224, 6) sententiosis illis exornationibus adnumerabis: non videlicet ea significatione latiore, quae apud Byzantinos occurrit; immo vero apud genuinum Tryphonem παρέκβασιν dicemus fuisse sententiam neque (ut epiphonema) post, neque (ut proanaphonema) ante rem actam prolatam sed media in re agenda.

2) Absoluta idea μεγαλοπρεπείας (c. II) Aristoteles tractat vitium orationis ei virtuti oppositum h. e. τὸ ψυχρόν (c. III). Theophrastus videtur non solum nimiam μεγαλοπρέπειαν (qua efficitur frigus) tractasse, sed etiam id vitium quod magnificentiae virtutem altera ex parte excedit h. e. μικροπέπειαν. — Μεγαλοπρέπεια enim Theophrasti ipsius ex doctrina μεσότης est inter ἀλαζονείαν et μικροπρέπειαν (cf. fragm. ex libro περὶ ἠθῶν apud Stob. ecl. II 303 H); atque si apud Demetrium 119 legimus: 'καὶ καθόλου ὁποῖόν τί ἐστιν ἡ ἀλαζονεία τοιοῦτον καὶ ἡ ψυχρότης' (h. e. vitium μεγαλοπρέπειαν excedens) patet Theophrastum, ethica illa doctrina respecta, et ψυχρὸν (= ἀλαζονεία) virtuti magnificentiae opposuisse et μικροπρέπειαν (cf. F. Hahne, Zur sprachlichen Aesthetik der Griechen, Braunschweig 1896, pg. 9).

Atque disputatio Theophrastea περὶ μικροπρεπείας a nobis desiderata re vera extat apud Demetrium 236—239 ('περὶ ξηροῦ') quae post § 119 (h. e. in fine disputationis περὶ ψυχροῦ) inserenda est: nam § 120 agitur de ratione ψυχροῦ et μικροπρεπείας.

3) Apud Theophrastum patet virtutibus (= ideis) opposita

Πρῶτα δὲ περὶ τοῦ γειτνιῶντος τῷ μεγαλοπρεπεῖ λέξομεν· ὄνομα μὲν οὖν αὐτῷ ψυχρόν· ὁρίζεται δὲ τὸ ψυχρὸν Θεόφραστος (fr. VII S) οὕτως· ψυχρόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν ἀπαγγελίαν· οἷον (Sophoclis Triptolemi fr. 544 Nauck) 'ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ' ἀντὶ τοῦ 'ἀπύθμενος ἐπὶ τραπέζης κύλιξ οὐ τίθεται' τὸ γὰρ πρᾶγμα σμικρὸν ὂν οὐ δέχεται ὄγκον τοσοῦτον λέξεως.

§ 115: Γίνεται μέντοι καὶ τὸ ψυχρὸν ἐν τρισίν, ὥσπερ καὶ τὸ μεγαλοπρεπές. ἢ γὰρ ἐν διανοίᾳ, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Κύκλωπος λιθοβολοῦντος τὴν ναῦν τοῦ Ὀδυσσέως ἔφη τις· φερομένου τοῦ λίθου αἶγες ἐνέμοντο ἐν αὐτῷ.

---

fuisse vitia ('οἷον θάρρει μὲν τὸ θράσος'); Demetrius autem, quippe qui ex Theophrasti 'ideis' confecerit λόγου χαρακτῆρας (sed non Theophrasti illos), iis opponere studuit 'vitiosa dicendi genera' (quarum iam notio ipsa plane absona est). Atque manifesto ex Theophrasti disputatione de vitiis μεγαλοπρέπειαν excedentibus quattuor 'vitiosa genera' (ψυχρὸν, κακόζηλον, ξηρόν, ἄχαρι) confecit: Τὸ ξηρὸν (§§ 236—239) enim idem est atque Theophrasti μικροπρέπεια; κακόζηλον (187—189) nihil aliud est quam ψυχρὸν (ut 239 ipse fatetur Demetrius atque ex exemplis § 189 elucet); atque etiam ἄχαρι (§§ 302—304) haudquaquam diversum est a frigore (304). Omnino vox universalis est τὸ κακόζηλον (Quint. VIII 3, 56) omnia vitiorum genera comprehendens, ideoque a nobis inscriptionis loco posita; quid quod 239 obscenum aliquod argumentum 'κακόζηλον' vocatur atque altera ex parte αἰσχρολογίαν spectat etiam τὸ ἄχαρι? —

'Vitiosa dicendi genera' praeterea apud Varronem (Gell. VI 14, 4 sq.) et Fortunatianum (pg. 125 H) recurrunt. Quorum doctrinae nullam inesse auctoritatem ex arbitraria eorum ratione elucet: ita Varro μεσότητι opponens ἀμφιβολίαν manifesto peccat; nam in vitium ἀμφιβολίας cuiuslibet προαιρέσεως scriptor potest incurrere.

ἐκ γὰρ τοῦ ὑπερβεβλημένου[1]) τῆς διανοίας καὶ ἀδυνάτου ἡ ψυχρότης.

§ 116: ἐν δὲ λέξει ὁ Ἀριστοτέλης (c. 4 pg. 1405 B 34) φησὶ γίνεσθαι τετραχῶς * * * * *[2]) ὡς Ἀλκιδάμας 'ὑγρὸν ἱδρῶτα' ἢ ἐν συνθέτῳ ὅταν διθυραμβώδης συντεθῇ ἡ δίπλωσις τοῦ ὀνόματος ὡς τὸ 'ἐρημόπλανος' ἔφη τις καὶ εἴ τι ἄλλο οὕτως ὑπέρογκον· γίνεται δὲ καὶ ἐν μεταφορᾷ τὸ ψυχρόν, ⟨οἷον Γοργίας· 'χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα⟩, τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα'.[3]) τετραχῶς μὲν οὖν κατὰ τὴν λέξιν οὕτως ἂν γίγνοιτο.

§ 119.[4]) καὶ καθόλου μὲν ὁποῖόν τί ἐστιν ἡ ἀλαζονεία, τοιοῦτον καὶ ἡ ψυχρότης...

cf. Theophrasti doctrinam ethicam apud Stob. ecl. II 303 H: μεγαλοπρέπειαν δὲ μεσότητα ἀλαζονείας καὶ μικροπρεπείας (sc. εἶναι λέγει).

Qua ex re sequitur nunc Demetrio disputandum fuisse περὶ

---

1) *Διάνοια ψυχρά* igitur nihil aliud est quam minus apta hyperbola; exemplum ('ἔφη τις') sophistae cuiusdam (Gorgiae ex. gr.) declamationi de Ulixe et Polyphemo tribuerim nam 116 Alcidamae et Gorgiae 120 Polycratis declamationes laudantur.

2) Lacunam indicavit Victorius; constat tamen quattuor Aristotelis fontes τοῦ ψυχροῦ (I διπλᾶ ὀνόματα, II γλῶτται, III ἐπίθετα, IV μεταφοραί) mutato ordine (II, III, I, IV) hic esse repetitos. cf. A. Kappelmacher, W. St. 24, 453.

3) Supplevi Demetriani textus lacunam ex Aristotele pg. 1406 B 9. Gorgiani enim antitheti Aristoteles priorem partem adfert, integrum habuit Demetrius ex Theophrasto. *Γράμματα* in *πράγματα* perperam mutaverunt editores; cum Gorgiae dicto conferas haec: Grau, teurer Freund, ist alle Theorie, und grün des Lebens goldner Baum.

4) §§ 117—118 'compositioni frigidae' a Demetrio prorsus arbitrarium in modum tria diversa compositionis vitia (ἀρρυθμία, frequentia syllaborum longarum, μέτρα συνεχῆ) adscribuntur.

μικροπρεπείας, cuius disputationis vestigium relegatum est ad §§ 237: περὶ δὲ τὴν λέξιν γίνεται τὸ ξηρόν, ὅταν πρᾶγμα μέγα σμικροῖς ὀνόμασιν ἀπαγγελθῇ.[1])

Qua disputatione interposita suo loco stat § 120 ubi simul agitur περὶ ψυχροῦ et περὶ μικροπρεπείας.

§ 120: καίτοι τινές (sc. Ἰσοκράτης[2])) φασι δεῖν τὰ μικρὰ μεγάλως λέγειν καὶ σημεῖον τούτῳ ἡγοῦνται ὑπερβαλλούσης δυνάμεως· ἐγὼ δὲ Πολυκράτει μὲν τῷ ῥήτορι συγχωρῶ ἐγκωμιάζοντι ****[3]) ὡς Ἀγαμέμνονα ἐν ἀντιθέτοις καὶ μεταφοραῖς καὶ πᾶσι τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς τρόποις· ἔπαιζεν γὰρ οὐκ ἐσπούδαζε καὶ αὐτὸς τῆς γραφῆς ὁ ὄγκος παίγνιόν ἐστι.[4]) Παίζειν μὲν δὴ ἐξέστω, ὥς φημί, τὸ δὲ πρέπον ἐν παντὶ πράγματι φυλακτέον,

---

1) cf. etiam § 236 ubi post exemplum ξηροῦ ἐν διανοίᾳ (‘κατέβαινεν ὁ Ξέρξης μετὰ πάντων τῶν ἑαυτοῦ’) dicitur: μάλα γὰρ ἐσμίκρυνεν τὸ πρᾶγμα ἀντὶ τοῦ ‘μετὰ τῆς Ἀσίας ἁπάσης’ εἰπεῖν ‘μετὰ πάντων τῶν ἑαυτοῦ’ φήσας.

2) Hermog. II 396, 8 Sp.: Ἰσοκράτης φησὶ ῥήτορος εἶναι τὰ σμικρὰ μεγάλως εἰπεῖν δύνασθαι καὶ τὰ μεγάλα σμικρῶς (cf. Isocr. Panegyr. 8). Legi Isocrateae Demetrius (ex Theophrasteo) contrariam normam opponit: ἑρμηνευτέον τὰ μὲν μικρὰ μικρῶς, τὰ δὲ μεγάλα μεγάλως. Grandia autem humiliter dicere, ut Isocrates vult, Theophrasti ex sententia est vitium μικροπρεπείας.

3) Θερσίτην suppl. Maass; melius fortasse Βούσιριν.

4) Duo ὑποθέσεως afferuntur genera in quibus re vera Isocratis illa norma valet: ἄδοξοι quae vocantur ὑποθέσεις (§ 120) et praeterea cum res non vana verborum specie augetur sed oratoris inventione atque consilio (122, 123). Pariter Aristoteles (c. 7) docet licentius utendum esse orationis exornationibus (pg. 1408 B 16) ‘ὅταν ἔχῃ (orator) ἤδη τοὺς ἀκροατὰς καὶ ποιήσῃ ἐνθουσιάσαι’; atque ut Polycratis παίγνια commemorat Theophrastus (Dem. 120), ab Aristotele Gorgias laudatur: ‘ἢ μετ’ εἰρωνείας ὥσπερ Γοργίας ἐποίει’.

τοῦτ᾽ ἔϲτι προϲφόρωϲ ἑρμηνευτέον τὰ μὲν μικρὰ μικρῶϲ, τὰ δὲ μεγάλα δὲ μεγάλωϲ.[1])

Sequitur disputatio περὶ ὑπερβολῆς (§§ 124—127)[2]):

§ 124: Μάλιϲτα δὲ ἡ ὑπερβολὴ ψυχρότατον[3]) πάντων· τριττὴ δέ ἐϲτιν. ἢ γὰρ καθ᾽ ὁμοιότητα ἐκφέρεται ὡϲ τὸ (κ 437) 'θέειν δ᾽ ἀνέμοιϲιν ὁμοῖοι' ἢ καθ᾽ ὑπεροχὴν ὡϲ τὸ 'λευκότεροι χιόνοϲ' ἢ κατὰ τὸ ἀδύνατον ὡϲ τὸ (Δ 443) 'οὐρανῷ ἐϲτήριξε κάρη'.[4])

§ 125: Πᾶϲα μὲν οὖν ὑπερβολὴ ἀδύνατόϲ ἐϲτιν ... διὸ δὴ καὶ μάλιϲτα ψυχρὰ δοκεῖ πᾶϲα ὑπερβολὴ διότι ἀδυνάτῳ ἔοικεν. 126 Διὰ τοῦτο δὲ μάλιϲτα καὶ οἱ

---

1) cf. Aristot. c. 7 pg. 1408 B 1: τὸ δὲ εὐκαίρωϲ ἢ μὴ εὐκαίρωϲ χρῆϲθαι (orationis exornationibus) κοινὸν ἁπάντων τῶν εἰδῶν (ideae) ἐϲτιν ... ἐὰν οὖν τὰ μαλακὰ ϲκληρῶϲ καὶ τὰ ϲκληρὰ μαλακῶϲ λέγηται, ἀπίθανον γίγνεται. — In § 121 exponitur decens humilitas et ψυχρότητα et μικροπρέπειαν effugiens.

2) Hyperbola ad ipsam frigoris definitionem Theophrasteam (114) pertinet: nam frigus et τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν ἀπαγγελίαν.

3) cf. Quint. VIII 6, 73: est enim hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum nec alia via magis in cacozelian itur.

4) Accuratius disposuit auctor ad H. IV 33, 44 dicens hyperbolas aut 'separatim' fieri (Cocondrius III 237, 28; 'καθ᾽ αὑτάϲ') aut 'cum comparatione' (Cocondr.: 'πρὸϲ ἕτερον'). Quae ultima species aut 'a similitudine' sumitur (Demetr.: 'καθ᾽ ὁμοιότητα'; Cocondr.: 'κατ᾽ ἐξίϲωϲιν') aut 'a praestantia' (Demetr.: 'καθ᾽ ὑπεροχήν').

Quintilianus ad tres Demetrii species duas alias addit: ὑπερβολὴν κατ᾽ ἔμφαϲιν ('signis quasi quibusdam' VIII 6, 69) et ὑπερβολὴν κατὰ μεταφορὰν sine dubio Peripateticae doctrinae adscribendam: Aristoteles enim scribit c. 11 pg. 1413 A 19: 'εἰϲὶ δὲ καὶ εὐδοκιμοῦϲαι ὑπερβολαὶ μεταφοραί· οἷον εἰϲ ὑπωπιαϲμένον'. 'ᾠήθητε δ᾽ ἂν αὐτὸν εἶναι ϲυκαμίνων κάλαθον'.

κωμῳδοποιοὶ χρῶνται αὐτῇ ὅτι ἐκ τοῦ ἀδυνάτου ἐφέλκονται τὸ γελοῖον ... 127 ... τὸ δὲ ‘χρυςῶ χρυςοτέρα’ τὸ Cαπφικὸν ἐν ὑπερβολῇ λέγεται καὶ αὐτὸ καὶ ἀδυνάτως πλὴν αὐτῷ γε τῷ ἀδυνάτῳ χάριν[1]) ἔχει, οὐ ψυχρότητα· ὃ δὴ καὶ μάλιςτα θαυμάςειεν ἄν τις Cαπφοῦς τῆς θείας ὅτι φύςει κυνδινώδει πράγματι καὶ δυςκατορθώτῳ ἐχρήςατο ἐπιχαρίτως.

Una cum vitiis μεγαλοπρέπειαν excedentibus Theophrastus etiam ea pertractasse videtur quae contra σαφήνειαν et συντομίαν peccant h. e. πλεονασμόν, ἔλλειψιν, ἀμφιβολίαν.

Apud Quintilianum (VIII 3, 43—60) enim vitiorum tabella[2]) *exhibetur, quae Theophrasti in doctrina posita esse videtur.*[3]) *Enumerantur autem (praeter vestigia μικροπρεπείας atque ψυχρότητος*[4]) *et τὸ κακέμφατον (44—47)*[5]) *duo vitia in vicem sibi respondentia ἔλλειψις (Quint. 50: μείωσις) et πλεονασμός.*[6]) *Ἀμφιβολία ex tabella Charisii (pg. 270 Keil) prorsus simili supplenda est.*

1) Χάρις ἐξ ὑπερβολῆς commemoratur a Quintiliano (VIII 6, 74: ‘pervenit haec res frequentissime ad risum’) quod Theophrasti redolet doctrinam (cf. Demetr. 161, 162 = 126, 127; Ps.-Trypho III 199, 9), cui verisimile est χάριν ἐξ ὑπερβολῆς optimum transitum praebuisse a vitio frigoris ad ideam suavitatis.

2) Legitur ante disputationem περὶ μεγαλοπρεπείας (VIII 3, 61 sqq.) qua in re vestigium cernis eius ordinis, quem Aristoteles et Demetrius exhibent, apud quos post ornatum agitur de vitiis.

3) Quod iam ex ea re apparet, quod similis tabella etiam apud Tryphonem fuit.

4) VIII 3, 48: Proximum est humilitatis vitium (ταπείνωςιν vocant) ... cui natura contrarium sed errore par est parvis dare excedentia modum nomina.

5) Idem est fere atque αἰςχρολογία, a qua non multum distat Demetrii ἄχαρι.

6) Ad quem pertinent ταυτολογία, ἐπανάληψις (50, 51), μακρολογία (53), περιεργία (55).

Tryphonis autem epitomatores (cf. Append. pg. 204 sqq.) habent haec: πλεονασμόν (cum specie eius epanalepsi), ἔλλειψιν, σύλληψιν[1]), ἀμφιβολίαν.

II. Τὸ ἡδύ.[2])

1. Πράγματα.[3])

§ 128: ὁ γλαφυρὸς λόγος χαριεντισμός ἐστι καὶ λόγος ἱλαρός· τῶν δὲ χαρίτων αἱ μέν εἰσιν μείζονες

---

1) σύλληψιν idem esse puto atque ζεῦγμα quod vocamus, cuius notio latet apud Aristotelem c. 5 pg. 1407 B 18—21.

2) Demetrianae disputationis inscriptio (περὶ γλαφυροῦ χαρακτῆρος) nihil nisi structurae quandam formam significat, cum verum atque genuinum Demetrii argumentum sit idea suavitatis (τὸ ἡδύ): (128) 'ὁ γλαφυρὸς λόγος χαριεντισμός ἐστι καὶ λόγος ἱλαρός'. Χάρις enim nihil aliud est quam ἡδονή (180, 182). Quodsi cum suavitate coniungitur risus (λόγος ἱλαρός), id prorsus Aristotelis ex sententia est: risus est enim species suavitatis (cf. Rhet. pg. 1371 B 35). Non igitur τὸ γελοῖον est Demetrii praecipuum argumentum, sed τὸ ἡδύ. Atque quid intersit inter risum et suavitatem, primum Demetrii argumentum est (§§ 128—136 + 163—172).

Ne Aristotelis quidem disputatio (c. X et XI), quae cum Demetriana egregie consentit, περὶ γελοίου est. Risum enim ad artem poeticam Aristoteles relegavit (Rhet. III c. 18 pg. 1419 B 6); in περὶ λέξεως libro risus obiter tantum, ut suavitatis species, tangitur (pg. 1412 A 27). Ipse τὸ ἡδὺ ut totius περὶ ἀστείων disputationis fundamentum ponit Aristoteles pg. 1410 B 9.

3) De suavitatis materia cum hic agatur, materia risus ab ea diversa respicienda erat atque omnino risus et suavitatis differentia exponenda.

Ceterum Demetrii dispositio in hac libelli parte ita emendanda est, ut post §§ 128—136 ponantur §§ 163—185; tum demum §§ 137—162. Quo facto omnia bene se habent: §§ 128—136 et §§ 163—172 in unum coeunt (πράγματα); deinde sequitur σύνθεσις (173—185; 137—141); postremum λέξις (142—162).

καὶ σεμνότεραι αἱ τῶν ποιητῶν, αἱ δ' εὐτελεῖς μᾶλλον καὶ κωμικώτεραι σκώμμασιν ἐοικυῖαι, οἷον αἱ Ἀριστοτέλους χάριτες καὶ Σώφρονος καὶ Λυσίου ... 131 Τὰ μὲν οὖν εἴδη τῶν χαρίτων τοσάδε καὶ τοιάδε.

§ 132: Εἰσὶν δὲ αἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασι χάριτες οἷον νυμφαῖοι κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἡ Σαπφοῦς ποίησις.

cf. 163: Διαφέρουσι δὲ τὸ γελοῖον καὶ εὔχαρι πρῶτα μὲν τῇ ὕλῃ· χαρίτων μὲν γὰρ ὕλη νυμφαῖοι κῆποι, ἔρωτες, ἅπερ οὐ γελᾶται, γέλωτος δὲ Ἶρος καὶ Θερσίτης.[1])

τὰ γὰρ τοιαῦτα κἂν ὑπὸ Ἱππώνακτος λέγηται χαρίεντά ἐστιν καὶ αὐτὸ ἱλαρὸν τὸ πρᾶγμα ἐξ ἑαυτοῦ ... 133 ὥστε ἡ μέν τις ἐν πράγμασι χάρις ἐστί, τὰ δὲ καὶ ἡ λέξις ποιεῖ ἐπιχαριτώτερα[2]) ... πολλάκις δὲ καὶ τὰ πράγματα ἀτερπῆ ἐστι φύσει καὶ στυγνά, ὑπὸ δὲ τοῦ λέγοντος γίνεται ἱλαρά ... 136 ἐπειδὴ δὲ τὰ εἴδη τῶν χαρίτων (h. e. risus et suavitas) δέδεικται τίνα ἐστιν καὶ ἐν τίσιν (sc. ἐν λέξει et ἐν πράγμασι), νῦν καὶ τοὺς τόπους παραδείξομεν, ἀφ' ὧν αἱ χάριτες· ἦσαν δὲ ἡμῖν αἱ μὲν ἐν τῇ λέξει, αἱ δὲ ἐν τοῖς πράγμασιν·

---

1) Duo sunt omnino huius particulae argumenta: differentia inter γελοῖον et ἡδύ et ratio inter πράγματα et λέξιν intercedens. Duas partes 128—136 et 163—172 olim cohaesisse ipso ex argumentorum connexu patet: nam suavitas (ut etiam reliquiae ideae) efficitur et πράγμασι et λέξει (132—133); altera ex parte risus et suavitas et ὕλῃ et λέξει (163—164) diversa sunt.

2) Haec Theophrasti esse puto, quia eum πράγματα et λέξιν, ut hic fit, opposuisse colligi potest ex Aristotelis art. poet. c. 19; Rhet. III c. 1 pg. 1403 B 14 cf. supra pg. 124, 1.

παραδείξομεν οὖν καὶ τοὺς τόπους καθ' ἑκάτερα· πρώτους δὲ τοὺς τῆς λέξεως.[1])

§§ 163—172 exponitur differentia risus et suavitatis:

§ 163: Διαφέρουσι δὲ τὸ γελοῖον καὶ εὔχαρι πρῶτα μὲν τῇ ὕλῃ[2])· χαρίτων μὲν γὰρ ὕλη νυμφαῖοι κῆποι, ἔρωτες ἅπερ οὐ γελᾶται, γέλωτος δὲ Ἶρος καὶ Θερσίτης ...

§ 164: διαφέρουσι καὶ τῇ λέξει αὐτῇ· τὸ μὲν γὰρ εὔχαρι μετὰ κόσμου ἐκφέρεται καὶ δι' ὀνομάτων καλῶν ἃ μάλιστα ποιεῖ τὰς χάριτας[3]) ... τὸ δὲ γελοῖον ... ὀνομάτων ἐστὶν εὐτελῶν καὶ κοινοτέρων ... 166 Διὸ καὶ ἡ Σαπφὼ περὶ μὲν κάλλους ᾄδουσα καλλιεπής ἐστι καὶ ἡδεῖα καὶ περὶ ἐρώτων δὲ καὶ ἔαρος καὶ περὶ ἀλκυόνος, καὶ ἅπαν καλὸν ὄνομα ἐπίφανται αὐτῆς τῇ ποιήσει, τὰ δὲ καὶ αὐτὴ εἰργάσατο. 167 Ἄλλως δὲ σκώπτει τὸν ἄγροικον νυμφίον καὶ τὸν θυρωρὸν τὸν ἐν τοῖς γάμοις εὐτελέστατα καὶ ἐν πεζοῖς ὀνόμασι μᾶλλον ἢ ἐν ποιητικοῖς ...

§ 168: μάλιστα δὲ διαφέρουσιν καὶ ἐκ τῆς προαιρέ-

1) Quomodo χάριτες fierent τοῖς πράγμασιν, Demetrius iam nos edocuit: nihil enim de ea re dicendum fuit quam materiem suavem sibi eligere oportere oratorem (§§ 132, 133); itaque re vera nihil restat quam ut χάριτες ἐκ λέξεως exponantur. Demetrius autem male §§ 156—162 πράγμασιν adnumerat, cum ea pars procul dubio ad λέξιν pertineat.

2) Demetrius studet demonstrare suavitatem et risum non solum πράγμασι (163) et λέξει (164—167) sed etiam προαιρέσει (168), τόπῳ (169), ἤθει (170—172) esse diversa. Qua in re cernitur Theophrasti auctoritas: Nam προαίρεσιν et τόπον (h. e. εἶδος litterarum) Theophrastus etiam in generum dicendi diversitate respexit.

3) καλὰ ὀνόματα (cf. § 173) praecipua suavitatis causa, cum hic recurrant, extra omnem dubitationis lineam ponitur Theophrasto usum esse Demetrium.

cεωc· οὐ γὰρ ὅμοια προαιρεῖται ὁ εὐχάριτος καὶ ὁ γελωτοποιῶν, ἀλλ' ὁ μὲν εὐφραίνειν ὁ δὲ γελαcθῆναι· καὶ ἀπὸ τῶν ἐπακολουθούντων δέ· τοῖc μὲν γὰρ γέλωc, τοῖc δὲ ἔπαινοc.

§ 169: καὶ ἐκ τόπου· ἔνθα μὲν γὰρ γέλωτοc τέχναι καὶ χαρίτων, ἐν cατύρῳ καὶ ἐν κωμῳδίαιc· τραγῳδία δὲ χάριταc μὲν παραλαμβάνει ἐν πολλοῖc, ὁ δὲ γέλωc ἐχθρὸc τραγῳδίαc[1]· .....

1) Ultima risus et suavitatis differentia sine dubio apud Demetrii auctorem erat: 'ἐκ τοῦ ἤθουc' quae nunc misera Demetriani libelli condicione obscurata est. Summa totius particulae haec fere fuisse videtur: χάριc ostendit cωφροcύνην (§ 165: 'αἱ μέντοι χάριτέc εἰcιν μετὰ cωφροcύνηc' quae verba aperte de loco suo sublata sunt), cκῶμμα autem ἀπαιδευcίαν. § 171: ἔcτι δὲ καὶ ἤθουc τιc ἔμφαcιc ἐκ τῶν γελοίων καὶ †ηπαιγνιαc (Arnim: ἀπαιδευcίαc) ἢ ἀκολαcίαc ὡc καὶ τὸν οἶνον τὸν προχυθέντα ⟨ὁ add. Arnim⟩ ἐπιcκώψαc (Par.: επιcχωταc, corr. Arnim). 'Πηλέα ἀντὶ Οἰνέωc'. ἡ γὰρ ἀντίθεcιc ἡ περὶ τὰ ὀνόματα καὶ ἡ φροντὶc ἐμφαίνει τινὰ ψυχρότητα ἤθουc καὶ ἀναγωγίαν. Quae sequuntur sic fere restituam: § 172: Τῶν (cod. περὶ) δὲ cκωμμάτων ⟨τὸ add. Arnim⟩ μὲν οἷον εἰκαcία τίc ἐcτιν [ἡ γὰρ ἀντίθεcιc secl. Gale; verba vitiosa repetita ex § 171] εὐτράπελοc [χρήcονταί τε ταῖc τοιαύταιc εἰκαcίαιc secl.; verba vitiose repetita ex iis quae sequuntur] ὡc 'Αἰγυπτία κληματίc' μακρὸν καὶ μέλανα καὶ τὸ 'θαλάccιον πρόβατον' τὸν μῶρον ⟨ἀποκαλεῖν, τὸ δὲ⟩ *****. Satis magna lacuna sequitur qua alterum iocorum genus ('τὸ μὲν — τὸ δὲ') interceptum est. Praeterea sine dubio § 170 de loco suo sublata est: 'Χρήcονται δέ ποτε καὶ οἱ φρόνιμοι γελοίοιc πρόc τε τοὺc καιροὺc οἷον ἐν ἑορταῖc καὶ ἐν cυμποcίοιc καὶ ἐν ἐπιπλήξεcιν δὲ πρὸc τοὺc τρυφερωτέρουc .... τοιοῦτοc δέ, ὡc τὸ πλέον, καὶ ὁ Κυνικὸc τρόποc· τὰ γὰρ τοιαῦτα γελοῖα χρείαc λαμβάνει τάξιν καὶ γνώμηc (cf. Cic. de or. II 286). Post quem locum optime se habent ultima verba § 172: τοῖc μὲν τοιούτοιc χρήcονται· εἰ δὲ μὴ φευξόμεθα τὰ cκώμματα ὥcπερ λοιδορίαc.

2. Cύνθεcιc.[1])

§ 173: ποιεῖ δὲ εὔχαριν τὴν ἑρμηνείαν καὶ τὰ λεγόμενα καλὰ ὀνόματα· ὡρίcατο δ' αὐτὰ Θεόφραcτοc (fr. I b S) οὕτωc· κάλλοc ὀνόματόc ἐcτι τὸ πρὸc τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸc τὴν ὄψιν ἡδὺ ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον. Sequuntur exempla 174, 175.

§ 176: Παρὰ δὲ μουcικοῖc λέγεταί τι ὄνομα λεῖον καὶ ἕτερον τὸ τραχὺ καὶ ἄλλο εὐπαγὲc[2]) καὶ ἄλλ' ὀγκηρόν· λεῖον μὲν οὖν ἐcτιν ὄνομα τὸ διὰ φωνηέντων ἢ πάντων ἢ διὰ πλειόνων οἷον 'Αἴαc', τραχὺ δὲ οἷον 'βέβρωκεν' . . . εὐπαγὲc δὲ ἐπαμφοτερίζον καὶ μεμιγμένον ἴcωc τοῖc γράμμαcιν . . . 178 τῶν δὲ εἰρημένων ὀνομάτων τὰ λεῖα μόνα ληπτέον ὡc γλαφυρόν τι ἔχοντα.

§ 179: Γίνεται δὲ καὶ ἐκ cυνθέcεωc τὸ γλαφυρόν[3]) . . .

---

1) Inde a § 173 tractantur haec: 173—175 καλὰ ὀνόματα, 176—178 ἁρμογή, μέλοc (ὀνόματα λεῖα, εὐπαγῆ, τραχεῖα), 179—185 ῥυθμόc. Quam partem reapse patet unum corpus efficere cum iis quae §§ 137—141 leguntur: ibi enim reliqua cυνθέcεωc argumenta (μῆκοc περιόδου 137 sq.; τάξιc 139; cχήματα 140 sq.) tractantur.

2) Hic ὀνόματα ut prima ἁρμογῆc elementa argumento sunt; atque verborum genera πρὸc τὴν ἀκοὴν diversa, quae a Demetrio ponuntur, ad suavem compositionem efficiendam magis minusve apta sunt: Λεῖα sine dubio sunt verba illa 'vocalia' (Quint. VIII 3, 16), 'levia' (Cic. part. or. 17). τραχέα sunt quae Demetrius 49 ad μεγαλοπρέπειαν apta esse dicit propter asperum vocalium concursum. Εὐπαγῶν ὀνομάτων notio, quae et levitatem et asperi aliquid ostendunt, proxime accedit ad sententiam Theophrasteam a Dionysio (de comp. verb. 16) expositam: λεῖα ὀνόματα cum satis rara sint, id agendum esse oratori ut elementa compositionis aspera occultet μίξει et παραθέcει: qua in re sane maxime adiuvabitur ὀνόμαcιν εὐπαγέcιν.

3) Demetrium male solam particulam περὶ ῥυθμοῦ (179—185)

Demetr. § 180: τάχα γὰρ δὴ ἔσται τις ἡδονὴ καὶ χάρις, ἐὰν ἁρμόζωμεν ἐκ μέτρων τὴν σύνθεσιν ἢ ὅλων ἢ ἡμίσεων· οὐ μὴν ὥστε φαίνεσθαι αὐτὰ μέτρα ἐν τῷ συνειρμῷ τῶν λόγων, ἀλλ' εἰ διαχωρίζοι τις καθ' ἓν ἕκαστον καὶ διακρίνοι, τότε δὴ ὑφ' ἡμῶν αὐτὰ (cod.: αὐτῶν; corr. Arnim) φωρᾶσθαι μέτρα ὄντα.

cf. Cic. de or. III 184: Namque ego illud assentior Theophrasto (fr. XV S), qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodammodo, non adstricte sed remissius numerosam esse oportere (cf. etiam Demetr. § 41 = Theophr. fr. VI S).

§ 183: Πλάτων μέντοι ἐν πολλοῖς αὐτῷ τῷ ῥυθμῷ γλαφυρός ἐστιν ἐκτεταμένῳ πως καὶ οὔτε ἕδραν ἔχοντι οὔτε μῆκος ....

cf. Dionys. de comp. verb. c. 23 (vol. II pg. 111, 18 U.-R.) ἡ δὲ γλαφυρὰ σύνθεσις ... χαρακτῆρα τοιόνδε ἔχει· οὐ ζητεῖ καθ' ἓν ἕκαστον ὄνομα ἐκ περιφανείας ὁρᾶσθαι οὐδὲ ἐν ἕδρᾳ πάντα βεβηκέναι πλατείᾳ τε καὶ ἀσφαλεῖ οὐδὲ μακροὺς τοὺς μεταξὺ αὐτῶν εἶναι χρόνους (cf. ibid. pg. 119, 10 sqq.).

ἀλλ' οἷον ὀλίσθῳ τινὶ ἔοικεν τὰ κῶλα καὶ οὔτ' ἐμ-

cf. Aristot. Rhet. III c. 8 pg. 1408 B 21: τὸ δὲ σχῆμα

---

compositioni adnumerat. Neque movebimur eius arrogantia, qua de se ipso praedicat (179) 'οὐδὲ γὰρ τῶν πρὶν εἴρηταί τινι περὶ γλαφυρᾶς συνθέσεως'; quae si vera essent Demetrius non solum ante Dionysium (cf. Radermacher pg. 102), sed etiam ante ipsum Theophrastum scripsisse putandus esset.

μέτροις παντάπασιν οὔτ' ἀμέτροις.

τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι μήτε ἄρρυθμον.[1])

Reliquae χάριτες ἐκ συνθέσεως leguntur §§ 137—141[2]):

§ 137: Εὐθὺς οὖν πρώτης ἐστὶ χάρις ἡ ἐκ συντομίας[3]), ὅταν τὸ αὐτὸ μηκυνόμενον ἄχαρι γένηται, ὑπὸ δὲ τάχους χάριεν ... 139 Δεύτερος δὲ τόπος ἐστὶν ἀπὸ τῆς τάξεως· τὸ γὰρ αὐτὸ πρῶτον μὲν τεθὲν ἢ μέσον ἄχαρι γίνεται, ἐπὶ δὲ τοῦ τέλους χάριεν ...

§ 140: Αἱ δὲ ἀπὸ τῶν σχημάτων χάριτες δῆλαί εἰσιν καὶ πλεῖσται παρὰ Σαπφοῖ οἷον ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως ...

§ 141: χαριεντίζεται δέ ποτε καὶ ἐξ ἀναφορᾶς ...

Huc etiam trahenda est § 154 de loco suo sublata: πολλάκις δὲ καὶ κῶλα ὅμοια (i. e. homoioteleuton) ἐποίησεν χάριν (sequitur exemplum Aristotelis fr. 669 Rose).

3. Λέξις.[4])

a) *Primo enumerantur suavitatis fontes qui fiunt ex meta-*

---

1) Theophrasti doctrinam ante omnia ostendit id, quod ἡδονή (i. e. τέλος συνθέσεως γλαφυρᾶς) bis nominatur (§§ 180, 182). Praeterea in §§ 181, 182 Peripateticorum dicendi genus respicitur, neque Platonis rhythmica proprietas in §§ 183—185 tractata a Theophrasti mente abhorrere videtur. Item Xenophonta, Herodotum, Thucydidem (§ 181), Theophrasto in deliciis fuisse scimus.

2) Quae pars a Demetrio perperam λέξει adscribitur. Λέξιν enim absoluta περὶ συνθέσεως disputatione a § 142 demum incipere manifestum est: ʻγίγνονται δὲ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες κ. τ. λ.ʼ

3) Intelligenda est συντομία περιόδου. Longitudinem enim periodi compositionis argumentum esse scimus.

4) Manifestum est apud Demetrii auctorem duo omnino fuisse genera χαρίτων elocutioni subiectarum: ʻχάριτες ἐκ μεταφορᾶςʼ et ʻχάριτες ἐκ τοῦ παρὰ προσδοκίανʼ; sic enim apud

phora eiusque speciebus: 142 γίγνονται δὲ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες ἢ ἐκ μεταφορᾶς ...

§ 143: ἢ ἐκ συνθέτου τοῦ ὀνόματος καὶ διθυραμβικοῦ ... 144 καὶ ἐξ ἰδιωτικοῦ δὲ ὀνόματος γίγνεται ...

§ 145: πολλὰ δὲ ὀνόματα καὶ παρὰ τὴν θέσιν τὴν ἐπί τινος χαρίεντά ἐστιν οἷον (Aristot. hist. anim. VIII 597 B 23) 'ὁ γὰρ ὦτος (cod.: ὄρνις οὗτος) κόλαξ ἐστὶ καὶ κόβαλος'· ἐνταῦθα ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ σκῶψαι τὸν ὄρνιν καθάπερ ἄνθρωπον ...

cf. 157: καὶ μῦθος δὲ λαμβανόμενος καιρίως εὔχαρίς ἐστιν ... ὡς ὁ Ἀριστοτέλης (hist. anim. IX 32) ἐπὶ τοῦ ἀετοῦ φησιν ὅτι λιμῷ θνήσκει ἐπικάμπτων τὸ ῥάμφος. πάσχει δὲ αὐτό, ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποτε ἠδίκησεν ξένον.[1])

Aristotelem res se habet (pg. 1112 A 18: ἔστιν δὲ καὶ τὰ ἀστεῖα τὰ πλεῖστα διὰ μεταφορᾶς καὶ ἐκ τοῦ προσεξαπατᾶν'). Demetrius autem perperam rem gessit §§ 156—161 non λέξει sed πράγμασι adnumerans: ibi enim fontes quosdam suavitatis exhibet quorum Aristoteles tres (παροιμία, εἰκασία, ὑπερβολή) expresse λέξει adnumerat — sunt enim apud eum species metaphorae (pg. 1413 A 15; 13; 19). Sed non solum contra Aristotelis auctoritatem Demetrius materiam disposuit, sed etiam ipse secum apertissime pugnat. Qui enim potest is qui in priore libelli parte εἰκασίαν (§ 89) recte elocutioni assignavit eandem nunc materiae tribuere? Quae cum ita sint, videmus hic Demetrii dispositionem nobis prorsus negligendam esse: materiam ipsam, ut ex comparatione cum Aristotele elucebit, etiam hic ex Theophrasto hausit.

1) Duos locos cohaerere exemplorum affinitate elucet. Utroque loco agitur de 'fabula' quam m e t a p h o r a e s p e c i e m esse ex Demetrii auctoris sententia dixerim. Nam ut 'risus' causae apud auctorem ad H. (I 6, 10), Ciceronem (de inv. I 25; de or. II 264), Quintilianum VI 3, 44 commemorantur Aesopiae fabulae ('ἀπόλογοι') quae sane nihil aliud sunt quam locupletiores παραβολαί (cf. Aristot. Rhet. II 20 pg. 1393 A 28 'παραδειγμάτων δ'

§ 160[1]): Καὶ εἰκασίαι δ' εἰσὶν εὔχαριτες ... 146 ἐκ δὲ παραβολῆς (sc. γίγνεται χάρις).

§ 161: ἐκ δὲ ὑπερβολῶν[2]) χάριτες μάλιστα αἱ ἐν ταῖς κωμῳδίαις ...

§ 148: ἔστι δέ τις ἰδίως χάρις Σαπφικὴ ἐκ μεταβολῆς, ὅταν τι εἰποῦσα μεταβάλληται καὶ ὥσπερ μετανοήσῃ ... ἐπιλαμβανομένη ἑαυτῆς ὅτι ἀδυνάτῳ ἐχρήσατο ὑπερβολῇ.[3])

§ 151[4]): ἔχουσι δέ τι στωμύλον καὶ ἀλληγορίαι[5]) τινές ...

§ 156: Λαμβάνονται χάριτες ἐκ παροιμίας[6])· φύσει γὰρ χάριεν πρᾶγμά ἐστιν παροιμία ...

εἴδη δύο. ... ἓν μὲν παραβολή, ἓν δὲ λόγοι οἷον οἱ Αἰσώπειοι'. Rem absolvere mihi videtur Quintiliani locus V 11, 20: 'Cui (sc. ἀπολόγῳ) confine est παροιμίας genus illud, quod est velut fabella brevior et per allegoriam accipitur'. Nam ante §§ 157, 158 ('μῦθος') apud Demetrium tractatur παροιμία, de qua Aristoteles pg. 1413 A 15: 'καὶ παροιμίαι μεταφοραὶ ἀπ' εἴδους ἐπ' εἶδος εἰσίν'.

1) Ante § 146 interponenda erat § 160, quia εἰκασία et παραβολή una tractantur §§ 89, 90.

2) Hyperbolae metaphorae subiciuntur ab Aristotele 1413 A 19.

3) Quoniam μεταβολή est correctio hyperbolae, §§ 161, 162 (ὑπερβολή) ante §§ 148, 149 trahendae sunt.

4) §§ 150, 152, 153, 159 ad alterum χαρίτων genus (τὸ παρὰ προσδοκίαν) pertinent. § 154 pertinet ad σύνθεσιν.

5) In § 155 ('κατηγορίαι ἀποκεκρυμμέναι ἐνίοτε ὁμοιοῦνται χάρισιν') latet fortasse notio εἰρωνείας quam Aristoteles distinxit a scurrilitate Rhet. III 18 pg. 1419 B 3.

6) proverbium metaphorae subiecit Aristoteles pg. 1413 A 15; idem cum allegoriam (pg. 1412 A 22), imaginem (1412 B 33), hyperbolam suavitati subiciat, iam patet Theophrasto usum esse Demetrium.

b) *Sequuntur suavitatis fontes qui fiunt ἐκ τοῦ παρὰ προσδοκίαν λέγειν:*

Aristot. pg. 1412 A 26: ὃ λέγει Θεόδωρος τὰ καινὰ λέγειν (suavitatem effecit)· γίγνεται δὲ ὅταν παράδοξον ᾖ καὶ μή, ὡς ἐκεῖνος λέγει, πρὸς τὴν ἔμπροσθεν δόξαν ....

Demetr. § 152: καὶ ὁ Ἀριστοφάνης (Nubes v. 150) ἐπὶ τοῦ Σωκράτους 'κηρὸν διατήξας' φησίν, εἶτα (v. 178) 'διαβήτην λαβὼν — ἐκ τῆς παλαίστρας ἱμάτιον ὑφείλετο' 153 ἤδη μέντοι ἐκ δύο τόπων ἐνταῦθα ἐγένετο ἡ χάρις· οὐ γὰρ παρὰ προσδοκίαν μόνον ἐπηνέχθη, ἀλλ' οὐδ' ἠκολούθει τοῖς προτέροις· ἡ δὲ τοιαύτη ἀνακολουθία καλεῖται γρῖφος ...

v. 28: καὶ ἐν τοῖς μέτροις· οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ ἀκούων ὑπέλαβεν 'ἔστειχε δ' ἔχων ὑπὸ ποσσὶ — χίμεθλα' ὁ δ' ᾤετο 'πέδιλα' ἐρεῖν.

Demetr. § 150: καὶ ἀπὸ στίχου δὲ ἀλλοτρίου γίνεται χάρις ὡς ὁ Ἀριστοφάνης (Nubes v. 400) κ. τ. λ.[1])

Theophrasti non dispositionem quidem sed materiam praebent recentiores περὶ γελοίου disputationes: tractatus Coislinianus,

1) Ad suavitatem ex improviso, ni fallor, etiam § 159 pertinet ('πολλάκις δὲ καὶ ἐκ φόβου ἀλλασσομένου γίνεται χάρις'); nam sine dubio, cum timor ex improviso risu solvitur, haec etiam χάρις ἐκ τοῦ προσεξαπατᾶν esse videtur; itaque hanc Demetrii paragraphum nihil aliud esse dixerim quam exemplum, quo paradoxi natura explicetur. Qua in re Demetrii auctor videtur comoediae aliquam personam (τὸν δεισιδαίμονα ut puto) respexisse ('ὅταν διακενῆς τις φοβηθῇ, οἷον τὸν ἱμάντα ὡς ὄφιν :.. ἅπερ καὶ αὐτὰ κωμῳδικώτερά ἐστιν').

(Cramer, Anecd. Paris. I 403), Cic. de or. II 217—289, Quintilianus VI 3.[1] *Atque tractatus Coislinianus tres suavitatis fontes exhibet:* παρωνυμίαν, ὁμωνυμίαν, συνωνυμίαν[2] *quae Demetrii neglegentia excidisse videntur: nam Aristoteles inter* χάριτας ἐκ τοῦ προσεξαπατᾶν *haec exhibet (pg. 1412 A 33)* ʽτὰ δὲ παρὰ γράμμα ποιεῖ οὐχ ὃ λέγει λέγειν ἀλλ' ὃ μεταστρέφει ὄνομα' *aperte paronymiam significans.*[3] *Homonymia autem apud Aristotelem sequitur pg. 1412 B 14:* οὕτω δὲ καὶ τὰ ⟨δι' ὁμωνυμίαν λεγόμενα *suppl. Heyduck*⟩ ἀστεῖα· οἷον τὸ φάναι· ʽἈθηναίοις τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν μὴ ἀρχὴν εἶναι τῶν κακῶν *(cf. ibid. 12, 13). Quas* χάριτας *pariter atque ceteras ex Aristotelis disputatione in Theophrasti librum receptas esse verisimile est.*

Conspectum brevissimum quidem sed egregium Theophrasti de idea suavitatis doctrinae praebet Ciceronis excerptum Theophrasteum in ʽpartitionibus oratoriis' servatum: ibi in ʽidearum' expositione haec legimus (§ 21): suave autem genus[4] erit dicendi:

primum: elegantia et iucunditate verborum sonantium et levium (καλὰ ὀνόματα)	
deinde: coniunctione, quae neque asperos habeat concursus neque disiunctos neque hiantes (ἁρμογή) et si circumscripta non longo anfractu sed ad spiritum vocis apto (συντομία περιόδου)	σύνθεσις
habeat similitudinem (παρόμοιον) aequalitatemque (πάρισον) verborum	σχήματα

1) Tabellam adiecimus in appendice.

2) Quorum priores duo apud Latinos recurrunt: παρονομασίαν habet Cicero de or. II 256; Quintilianus VI 3, 48 habet ʽduos sensus significantia'.

3) Exempla propter librorum corruptelas obscura.

4) Melius dicendum erat: ʽIdea suavitatis efficitur' . . .

tum: ex contrariis sumpta verbis (ἀντίθετον) [crebra crebris paria paribus respondeant] relataque ad idem verbum (ἀναφορά) et geminata ac duplicata (ἀναδίπλωσις) . . . ponantur constructioque verborum tum coniunctionibus copuletur (πολυσύνδετον), tum dissolutionibus quasi relaxetur (ἀσύνδετον). } σχήματα

§ 22: Fit etiam suavis oratio: cum aliquid aut invisum aut inauditum (ὑπερβολή) aut novum (ὀνοματοποιία) dicas, delectat enim quidquid est admirabile (= Aristot. Rhet. III c. 2 pg. 1404 B 11: 'ἡδὺ δὲ τὸ θαυμαστόν ἐστιν'), maximeque movet ea, quae motum aliquem animi miscet oratio (λέξις παθητική), quaeque significat oratoris ipsius amabiles mores (ἠθοποιία), qui exprimuntur . . . inflexione sermonis (ἀλληγορία, εἰρωνεία) cum . . . alia dici ab oratore alia existimari videntur'.[1]) } λέξις

III. *De ideis communibus.*[2])

1. *Series idearum ex Demetrio Dionysioque composita:*

---

1) Apud Ciceronem inter fontes suavitatis etiam ἠθοποιία commemoratur. Quod ex Theophrasti sententia dictum esse putandum est, quia apud auctorem π. ὕψ. c. 29 extr. legitur: πάθος δὲ ὕψους μετέχει τοσοῦτον ὁπόσον ἦθος ἡδονῆς. Quod igitur ad λέξιν παθητικὴν attinet Cicero foede erravisse videtur: πάθος enim a suavitate maxime abhorret.

2) Demetrius non ἰσχνὸν χαρακτῆρα exhibet §§ 190—222, sed 'necessarias' illas ideas atque ex ἐπιθέτων ἀρετῶν numero ἐνάργειαν (quae 'communis' est trium dicendi generum). Atque

Dionysius:	Demetrius:
de Lys. c. 2 in.: καθαρόc ἐcτι (sc. Lysias) τὴν ἑρμηνείαν πάνυ . . . ὅπερ ἐcτὶ πρῶτον τε καὶ κυριώτατον ἐν λόγοιc[2])	vacat
c. 3: ἡ διὰ τῶν κυρίων τε	§ 190: τὴν . . . λέξιν εἶναι

---

statim manifestum fit Demetrium idearum ʻcommuniumʼ seriem non absolutam exhibere: nihil enim servatum est praeter caφήνειαν (§§ 190—208), ἐνάργειαν (§§ 209—220), πιθανότητα (§§ 221, 222). Desunt ἑλληνιcμόc, cυντομία, πρέπον, ἠθοποιία, quas suppleri licet ex Demetrii cum Dionysio comparatione: is enim in iudicio de Lysia ἰcχνὸν χαρακτῆρα describens enumerat ʻnecessariasʼ illas atque ʻcommunesʼ ideas, praeter quas nullas virtutes ʻpropriasʼ habet genus humile (cf. supra pg. 18, 5). Quam comparationem primus instituit Radermacher (ed. pg. 104) eaque ex re, licet in singulis rebus erraverit, egregie perspexit utrumque Theophrasto esse usum.

Pauca addenda sunt de prava Demetrii dispositione: re vera enim tractatur §§ 190, 191 caφὲc ἐκ λέξεωc, 192—208 caφὲc ἐκ cυνθέcεωc; compositioni autem subiciuntur haec: cχήματα 192—197 (+ 208), τάξιc 198—201, cυντομία περιόδου κα κώλων 202—206, ἁρμογή (cύγκρουcιc φωνηέντων) 207. Demetrii ipsius contra ex verbis apparere videtur in § 204 initium esse partis περὶ cυνθέcεωc, in § 203 finem partis περὶ caφηνείαc, quae prava dispositio nobis prorsus negligenda est.

2) Hic erravit Radermacher (pg. 104). Non enim vidit hic subesse ideam ἑλληνιcμοῦ, quae inde ab Aristotele, qui paene ad verbum cum Dionysio consentit (pg. 1407 A 19 ἀρχὴ τῆc λέξεωc τὸ ἑλληνίζειν) apud Graecos omnes et Latinos ut primaria orationis virtus constituitur. Nam Radermacher propter Dionysii verba ʻκαὶ τῆc ʼΑττικῆc γλώττηc ἄριcτοc κανώνʼ dixit: ʻdeinde ἀττικιcμόc, quia est apud Dionysium apud Demetrium non est, vide ne Dionysio attisticae debeaturʼ.

καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέςῳ κειμένων ὀνομάτων ἐπιφέρουςα τὰ νοούμενα ἑρμηνεία· ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι Λυςίαν τροπικῇ φράςει χρηςάμενον

c. 4 in.: τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι περὶ τὸν ἄνδρα τὴν ςαφήνειαν

καὶ μὴν τό γε βραχέως ἐκφέρειν τὰ νοήματα μετὰ τοῦ ςαφοῦς[1]) ... c. 6 in.: μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίςκω ... πάνυ θαυμαςτήν, ἧς Θεόφραςτος (fr. III S) μέν φηςιν ἄρξαι Θραςύμαχον ... ἡ ςυςτρέφουςα τὰ νοήματα καὶ ςτρογγύλως ἐκφέρουςα λέξις

c. 7 in.: ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυςίου

πᾶςαν χρὴ κυρίαν καὶ ςυνήθη ...

§ 191: καὶ μηδὲ διπλᾶ ὀνόματα τιθέναι ... μηδὲ μὴν πεποιημένα ...

μάλιςτα δὲ ςαφῆ χρὴ τὴν λέξιν εἶναι.

§ 197: ἥδιον γάρ πως τὸ ςυντομώτερον[2]) ἢ ςαφέςτερον ... § 198: φεύγειν δὲ τὰς πλαγιότητας καὶ γὰρ τοῦτο ἀςαφὲς ... ςυντομώτερον δέ.

cf. § 202: ςυντομία περιόδου

cf. § 204: ςυντομία τῶν κώλων

De energia Demetrius fusius agit §§ 209—220. cf.

1) Quibus verbis Dionysius videtur virtutem ςαφηνείας cum idea ςυντομίας, quae certum in modum adversae sunt ('χαλεποῦ πράγματος ὄντος φύσει τοῦ ςυναγωγεῖν ἄμφω ταῦτα καὶ κεράςαι'), apte coniungere. — Caput 5 Dionysi (βραχύτης ἐν πράγμαςιν) Radermacherum secutus omisi, 'quia totam operis evertit dispositionem'. Pariter in cap. 4 Dionysius ςαφήνειαν πραγματικὴν de suo addidisse mihi videtur.

2) Apud Demetrium nihil habemus nisi ςυντομίας vestigium, quamvis certissimum: Demetrius enim aeque atque Dionysius rationem inter ςαφηνείας et ςυντομίας ideas intercedentem exposuit.

λέξις· αὕτη δ' ἐστὶ δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα[1]), γίγνεται δ' ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως.

maxime § 217: γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ τὰ παρεπόμενα τοῖς πράγμασι λέγειν ἐνάργεια.

Quod apud Demetrium excidit τὸ πρέπον (cum ethopoeia et pathopoeia eius speciebus) sequitur apud Dionysium capp. 7 extr., 8 et 9:

Dionys. de Lys. c. 7 extr.: κράτιστος γὰρ δὴ πάντων ἐγένετο ῥητόρων φύσιν ἀνθρώπων κατοπτεῦσαι καὶ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδοῦναι πάθη τε καὶ ἤθη καὶ ἔργα.

c. 9 in.: οἴομαι δὲ καὶ τὸ πρέπον ἔχειν τὴν Λυσίου λέξιν . . . ὁρῶν αὐτὴν πρός τε τὸν λέγοντα (= ἠθοποιία) καὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντας (= πάθος) καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα — ἐν τούτοις γὰρ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ πρέπον — ἀρκούντος ἡρμοσμένην.

Aristoteles c. 7 in.: τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις ἐὰν ᾖ παθητική τε καὶ ἠθικὴ καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον

Dionysii ἠθοποιίαν ex Theophrasto fluxisse manifestum est collatis Ciceronis locis:

1) cf. Cic. part. or. § 20: 'Est enim (ἐνάργεια) haec pars orationis, quae rem constituit paene ante oculos; is enim maxime sensus attingitur, sed et ceteri tamen et [maxime] mens ipsa moveri potest'.

Dionys. c. 8: τριῶν τε ὄντων ἐν οἷϲ καὶ περὶ ἃ τὴν ἀρετὴν εἶναι ταύτην ϲυμβέβηκε, διανοίαϲ τε καὶ λέξεωϲ καὶ τρίτηϲ τῆϲ ϲυνθέϲεωϲ, ἐν ἅπαϲι τούτοιϲ αὐτὸν ἀποφαίνομαι κατορθοῦν.

οὐ γὰρ διανοούμενοϲ μόνον ὑποτίθεται χρηϲτὰ καὶ μέτρια [τοὺϲ] λέγονταϲ, ὥϲτε εἰκόναϲ εἶναι δοκεῖν τῶν ἠθῶν τοὺϲ λόγουϲ, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν ἀποδίδωϲι τοῖϲ ἤθεϲιν οἰκείαν . . .

καὶ ϲυντίθηϲί γε αὐτὴν ἀφελῶϲ πάνυ ... δοκεῖ μὲν γὰρ ἀποίητόϲ τιϲ εἶναι ... ὁ τῆϲ ἁρμονίαϲ αὐτοῦ χαρακτὴρ καὶ οὐ θαυμάϲαιμ' ἄν, εἰ . . . τοιαύτην τινὰ παράϲχοι δόξαν, ὅτι ... οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτωϲ δέ πωϲ καὶ ὡϲ ἔτυχε, ϲύγκειται.[1])

Cic. part. or. § 22: 'maximeque movet ea, quae motum aliquem animi miscet oratio (παθοποιία), quaeque significat oratoris ipsius amabiles mores, qui exprimuntur . . . significando iudicio ipsius et animo humano ac liberali. § 19: (probabile autem genus) . . . si sententiae vel graves vel aptae opinionibus hominum ac moribus. orator § 76: Itaque eum, qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere.

1) Maxime ϲύνθεϲιϲ ἀφελήϲ, generi tenui apta, certissimum Theophrasteae doctrinae vestigium est. Idem habet Demetrius

His intermissis revertendum est ad Demetrii cum Dionysio comparationem: apud utrumque sequitur πιθανότης:

Dionys. c. 10 in.: ὅτι μὲν γὰρ πιθανὴ καὶ πειστική ... καὶ πάνθ' ὅσα τῆς τοιαύτης ἰδέας ἔχεται, πρὸς εἰδότας οὐδὲν ἴσως δεῖ λέγειν.

Demetr. § 221: τὸ πιθανὸν δὲ ἐν δυοῖν ἔν τε τῷ σαφεῖ καὶ συνήθει· τὸ γὰρ ἀσαφὲς καὶ ἀσύνηθες ἀπίθανον.

Probabilitatis idea Theophrasti apud Demetrium accuratius exposita est quam apud Dionysium: addit enim Demetrius § 222 pretiosissimum Theophrasti fragmentum de alio fonte quodam πιθανότητος, quam rem iam Aristoteles novit quamque Theophrastus ex more suo in usum suum convertit.

Demetr. § 222: ἐν τούτοις τε οὖν τὸ πιθανὸν καὶ ἐν ᾧ Θεόφραστός (fr. VIII S) φησιν, ὅτι οὐ πάντα ἐπ' ἀκριβείας δεῖ μακρηγορεῖν, ἀλλ' ἔνια καταλιπεῖν καὶ τῷ ἀκροατῇ συνιέναι καὶ λογίζεσθαι ἐξ αὑτοῦ· συνεὶς γὰρ τὸ ἐλλειφθὲν ὑπὸ σοῦ οὐκ ἀκροατὴς μόνον ἀλλὰ καὶ

Aristot. III c. 7 pg. 1408 A 33: πάσχουσι δέ τι οἱ ἀκροαταὶ καὶ ᾧ κατακόρως χρῶνται οἱ λογογράφοι· 'τίς δ' οὐκ οἶδεν'; 'ἅπαντες ἴσασιν'· ὁμολογεῖ γὰρ ὁ ἀκούων αἰσχυνόμενος, ὅπως μετέχῃ οὗπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες.

---

§ 207 'καὶ ὅλως ἐμφαίνεσθαι ἔοικεν εὐκαταφρόνητος ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς λέξεως (i. e. vocalium concursus) καὶ ἰδιωτικός, κἂν ᾖ (cod.: καί; corr. Arnim) αὐτὰ ταῦτα πεποιημένος. Quae ad verbum paene consentiunt cum Cic. or. § 77: 'habet enim ille tamquam hiatus et concursus vocalium molle quiddam et quod indicat non ingratam neglegentiam, de re hominis magis quam de verbis laborantis'. Male Radermacher (pg. 104): 'neque vero in arte antiqua tenue illud dicendi genus omnino compositionem toleravit, id quod disertis Ciceronis et Dionysii testimoniis evincitur'. Omnino enim 'compositione' carere elocutionem idem esset atque litteris vacare syllabisque.

μάρτυς σου γίνεται καὶ ἅμα εὐμενέστερος· συνετὸς γὰρ ἑαυτῷ δοκεῖ διὰ σὲ τὸν ἀφορμὴν παρεσχηκότα αὐτῷ τοῦ συνιέναι· τὸ δὲ πάντα ὡς ἀνοήτῳ λέγειν καταγινώσκοντι ἔοικεν τοῦ ἀκροατοῦ.[1])

Quam Demetrius praebet σαφηνείας et ἐναργείας enarratio egregie consentit cum Ciceronis excerpto Theophrasteo (part. or. 19 sq.):

Cicero:	Demetrius:
Dilucidum fiet usitatis verbis et propriis, dispositis aut circumscriptione con-	§ 190: τὴν δὲ λέξιν εἶναι πᾶσαν χρὴ κυρίαν καὶ συνήθη. § 205: τὰ πολλὰ οὖν κώ-

1) Apud Dionysium in fine 'idearum' enumerationis sequitur χάρις apud Demetrium omissa; sed ideo non etiam Radermachero fuit negligenda: nam χάρις haec nihil aliud est, quam idea illa, quam τὸ ἡδὺ Theophrastus vocavit; docuit igitur Dionysius — sine dubio Theophrasti ex sententia — humilis dicendi generis suavitatis ideam aliqua ex parte esse propriam. Dionysii autem χάριν nihil aliud esse quam Theophrasti ἡδύ ex ipsis Dionysii verbis apparet; cf. pg. 18, 1 U.-R.: μίαν δὲ ἔτι ἀρετὴν ἀποδείξομαι . . . ἡ πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι κἀπ' ἴσης χάρις . . : αἰσθήσει καταλαμβάνουσα καὶ οὐ λόγῳ'. Hic enim habes Theophrasti illam ἄλογον αἴσθησιν. cf. etiam pg. 19, 6 τοῖς . . . τίς ἡ . . . χάρις ἐστὶ, βουλομένοις μαθεῖν, ὑποθείμην ἂν . . . ἀλόγῳ πάθει τὴν ἄλογον συνασκεῖν αἴσθησιν' (cf. etiam pg. 20, 1). Praeterea Dionysius aeque atque Demetrius χάριτας τῆς λέξεως (pg. 19, 18) commemorat. Ipsa vero vox ἡδύ bis apud Dionysium occurrit (pg. 19, 21; 20, 5). Atque Theophrastum ipsum humili dicendi generi in partem quidem tribuisse suavitatem etiam ex eo elucet, quod rei vestigium in Ciceronis oratore servatum est (§ 87): 'huic generi orationis (i. e. humili) aspergentur etiam sales (i. e. λόγου χάριτες), qui in dicendio nimium quantum valent'.

clusa aut intermissione aut concisione verborum.	λοις τε μετρίοις χρησόμεθα καὶ ἐνίοτε κόμμασι.
Obscurum autem (fit) aut longitudine	§ 202: πειρᾶσθαι δὲ μὴ εἰς μῆκος ἐκτείνων τὰς περιαγωγάς.....
aut contractione orationis	§ 197: ἥδιον γάρ πως τὸ συντομώτερον ἢ σαφέστερον.
aut ambiguitate	§ 196: φευγέτω δὲ ἡ σαφὴς γραφὴ καὶ τὰς ἀμφιβολίας.
aut inflexione	§ 198: φεύγειν δὲ καὶ τὰς πλαγιότητας.....
aut immutatione verborum.	§ 199: καὶ ὅλως τῇ φυσικῇ τάξει τῶν ὀνομάτων χρηστέον.
20: Inlustris est autem oratio, si ... verba ... ponuntur .. duplicata et idem significantia	§ 211: ὥστε πολλάκις καὶ ἡ διλογία ἐνάργειαν ποιεῖ μᾶλλον ἢ τὸ ἅπαξ λέγειν.
atque ab ipsa actione atque imitatione rerum non abhorrentia.	§ 219: πᾶσα δὲ μίμησις ἐναργές τι ἔχει. § 220: καὶ τὰ πεποιημένα τε ὀνόματα ἐνάργειαν ποιεῖ διὰ τὸ κατὰ μίμησιν ἐξενηνέχθαι.

Brevissime Demetrii doctrinam comprehendit Quintilianus VIII 2, 22:

'Nobis prima sit virtus perspicuitas; propria verba (Demetr. 190), rectus ordo (Demetr. 199: καὶ ὅλως τῇ φυσικῇ τάξει τῶν ὀνομάτων χρηστέον), non in longum dilata conclusio (Demetr. 202: 'πειρᾶσθαι δὲ μὴ εἰς μῆκος ἐκτείνειν τὰς περιαγωγάς').

2. De antiquiore doctrina, qua Theophrastus usus est.

a) Aristotelis περὶ λέξεως liber.

De necessariis ideis disputans Theophrastus videtur Aristotelis capita V, VI, VII in usum suum convertisse, ubi 'necessariae' ideae exhibentur: ἑλληνισμὸς et σαφήνεια (c. V), συντομία (c. VI) [1], *πρέπον et πιθανόν (c. VII).* [2] *Singula quod attinet haec conferas:*

Demetr. § 192: τὸ δὲ ἀσύνδετον καὶ διαλελυμένον ὅλον ἀσαφὲς πᾶν· ἄδηλος γὰρ ἡ ἑκάστου κώλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου· καὶ γὰρ ταῦτα σκοτεινὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις.

Aristot. pg. 1407 B 11: ὅλως δὲ δεῖ εὐανάγνωστον εἶναι τὸ γεγραμμένον καὶ εὔφραστον· ἔστιν δὲ τὸ αὐτό· ὅ περ οἱ πολλοὶ σύνδεσμοι οὐκ ἔχουσιν, οὐδ' ἃ μὴ ῥᾴδιον διαστίξαι ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου. τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίξαι ἔργον διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὕστερον ἢ τῷ πρότερον ...... φησὶ γὰρ 'τοῦ λόγου τοῦδ' ἐόντος ἀεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται·' ἄδηλον γὰρ τὸ 'ἀεὶ' πρὸς ποτέρῳ δεῖ διαστίξαι

Demetr. § 193: ἐναγώνιος μὲν οὖν ἴσως μᾶλλον ἡ διαλελυμένη λέξις, ἡ δ' αὐτὴ

Aristot. c. XII pg. 1413 B 17: τὰ ... ἀσύνδετα ... ἐν τῇ γραφικῇ ὀρθῶς ἀποδο-

1) loco c. 6 pg. 1407 B 38 utitur Demetrius § 198: utroque enim loco docetur πλαγιότητα ad brevitatem aptam esse.

2) capitis 7 locos duos paullo supra cum Dionysii Demetriique doctrina comparavimus.

καὶ ὑποκριτικὴ καλεῖται· κινεῖ γὰρ ὑπόκριϲιν ἡ λύϲιϲ, γραφικὴ δὲ λέξιϲ ἡ εὐανάγνωϲτοϲ· αὕτη δ' ἐϲτὶν ἡ ϲυνηρτημένη καὶ οἷον ἠϲφαλιϲμένη τοῖϲ ϲυνδέϲμοιϲ (sc. modice adhibitis!)

κιμάζονται, ἐν δὲ ἀγωνιϲτικῇ οὔ·
Aristot. c. V pg. 1407 A 11: ὅλωϲ δὲ δεῖ εὐανάγνωϲτον εἶναι τὸ γεγραμμένον (= γραφικὴ λέξιϲ) . . . ὅπερ οἱ πολλοὶ ϲύνδεϲμοι οὐκ ἔχουϲιν (h. e.: coniunctiones modice adhibendae sunt).[1])

Ultimis § 194 verbis dicitur ἐναγώνιον λέξιν praeter ὑπόκρισιν etiam πάθος habere (cf. Ar. pg. 1413 B 9: ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη· ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ ἠθική, ἡ δὲ παθητική) qui Demetrii locus plane consentit cum π. ὕψ. c. 21 (vol. I pg. 142 Sp.-H.):

Demetr.: εἰ δὲ ϲυνδήϲαϲ εἴποιϲ (sequitur exemplum), πολλὴν ἀπάθειαν τοῖϲ ϲυνδέϲμοιϲ ἐμβαλεῖϲ· πάνυ δὲ τὸ ἀπαθὲϲ ἀνυπόκριτον.

π. ὕψ.: φέρε οὖν πρόϲθεϲ τοὺϲ ϲυνδέϲμουϲ, εἰ θέλειϲ, ὡϲ ποιοῦϲιν οἱ Ἰϲοκράτειοι (sequitur exemplum), καὶ εἴϲῃ . . . ὡϲ τοῦ πάθουϲ τὸ ϲυνδεδιωγμένον καὶ ἀποτραχυνόμενον, ἐὰν τοῖϲ ϲυνδέϲμοιϲ ἐξομαλίϲῃϲ . . . εὐθὺϲ ἔϲβεϲται.[2])

1) Cum apud Demetrium novae comoediae poetae duo (Menander et Philemon) doctrinam orationis agonisticae et graphicae illustrent, apud Aristotelem (pg. 1413 B 26) Anaxandrides mediae comoediae poeta commemoratur.

2) Quem anonymi de sublim. locum Theophrasti fragmentis eo certius adnumerare possumus, quod etiam alius Peripateticus philosophus, Hieronymum dico Rhodium (apud Philol. vol. I pg. 198 Sudh. et Dionys. de Isocr. c. 13 vol. I 73) idem de Isocrate iudicium tulit dicens ab eo et ὑπόκριϲιν et πάθοϲ esse aliena, non alia videlicet de causa, quam quia eius dicendi

b) Aristotelis ars Theodectea.[1])

Apud anonymum Seguerianum §§ 69—78 περὶ συντομίας ἐν λέξεσιν disputatur:

Anonym. 69: ἐν δὲ ταῖϲ λέξεϲιν ἔϲται ϲυντομία, ἐὰν μὴ ϲυνωνυμίαιϲ χρῷο οἷον· ʽπυκνοὶ καὶ θαμέεϲʼ;

70: καὶ ἐὰν τῶν ϲυνωνύμων τὰϲ βραχυϲυλλάβουϲ ἐκλέγηϲ, ὃ ἐπὶ πλήθουϲ παραχωρούμενον χρήϲιμον (sc. ϲυντομία γίνεται)·

71: ἐὰν μὴ τοῖϲ κυρίοιϲ προϲτιθῇϲ τὰ ἐπίθετα ὡϲ ὁ ποιητὴϲ οἷον· ʽὑγρὸν ἔλαιονʼ[2]),

74: καὶ ἐὰν τοῖϲ τροπικοῖϲ ἐνίοιϲ κυρίωϲ χρῷο ὥϲπερ Δημοϲθένηϲ (Ol. II 10) τῷ ʽἀνεχαίτιϲεʼ· διὰ μιᾶϲ γὰρ λέξεωϲ ὅλον ἐπλήρωϲε

Demetr. § 197: ϲαφηνείαϲ δὲ ἕνεκα καὶ διλογητέον πολλάκιϲ· ἥδιον γάρ πωϲ τὸ ϲυντομώτερον ἢ ϲαφέϲτερον.
ὡϲ γὰρ οἱ παρατρέχοντεϲ παρορῶνται ἐνίοτε, οὕτωϲ καὶ ἡ λέξιϲ παρακούεται διὰ τὸ τάχοϲ (cf. 207: ʽἀμῶϲ γέ πωϲ διὰ βραχέωνʼ).

epitheti usum pleonasticum Aristoteles (c. 3 pg. 1406 A 10) atque Theophrastus (Demetr. 116) notaverunt.

Quint. VIII 2, 9: At illud iam non mediocriter probandum quod ... etiam laudari ... solet ut proprie dictum, id est, quo nihil

---

genus, lectioni accomodatum, et nimia coniunctionum frequentia et aliis ἀνθηρᾶϲ λέξεωϲ μηνύμαϲιν peccaret.

1) Excerpta ex arte Theodectea extare apud Anonymum Seguerianum et Quintilianum in prolegomenis demonstratur.

2) Anonym. 73 commemoratur περιφράϲεωϲ vitium (cf. Quint. VIII 2, 17). cf. etiam Anonym. 74 cum Quint. VIII 2, 11; et Anonym. 75 (ἔλλειψιϲ) cum Quint. VIII 2, 19 (ʽalii brevitatem aemulati necessaria quoque orationi subtrahunt verbaʼ).

νόημα.[1]) 78 cf. ποιήσεις δὲ συντομίαν καὶ ὅτε κατ' ἔμφασιν, [παραλείψεως del. Kayser] λέγεις (sequitur exemplum) ... διὰ γὰρ τοῦ 'εἶλεν' πολλὰ ἐδήλωσεν.

inveniri possit significantius.

76: ἐργάζεται δὲ συντομίαν καὶ τὸ ἐπεζευγμένον ὅταν δύο ἢ καὶ τρισὶν ὀνόμασι ἢ καὶ πράγμασι μίαν ἐπάγῃς λέξιν συμπληρωτικήν.[2])

Aristotelis doctrina (Rhet. III c. 6 pg. 1407 B 36) recurrit apud Theophrastum (Demetr. 103; cf. auctor ad H. IV 27, 38).

79: σαφήνειαν δέ [οὐ del. Wilamowitz] φασι δεῖν παραφυλάττεσθαι κἂν ἐναντία τισὶ τῶν εἰς τὴν συντομίαν θεωρημάτων λέγειν δόξωμεν.

Pugna σαφηνείας cum virtute brevitatis Theophrasti ex sententia exponitur apud Demetrium 197 et Dionysium de Lys. c. 4 vol. I pg. 13, 1.

Praecepta de elocutione dilucida apud Anonymum 85—87 leguntur:

Anonym. Seguer.	Quint. VIII 2	Demetrius
§ 85: Τὸ δὲ ἐκ τῶν λέξεων ἀσαφὲς οὕτως· ὅταν ξένοις	§ 12: at obscuritas fit verbis iam ab usu remotis	

1) Ipsis Anonymi verbis edocemur Theophrasti ἔμφασιν hic agnoscendam esse; nam ipsius Theophrasti de ea re verba ex Quint. VIII 3, 84 et Tryphone (III 199, 20 Sp.) novimus.

2) Anonymi § 77 (ποιεῖ δὲ καὶ τὸ ἀσύνδετον δόξαν συντομίας) aperte pugnat cum Aristotelis verbis pg. 1408 A 1: ἐὰν δὲ συντόμως, ἄνευ μὲν συνδέσμου (i. e. πλαγίως), μὴ ἀσύνδετα δέ. Anonymum quid intersit inter ἄνευ συνδέσμου et ἀσύνδετον fugisse videtur.

Anoym. Seguer.	Quint. VIII 2	Demetrius
. . . καὶ ἀμφιβόλοιϲ καὶ γλωϲϲηματικοῖϲ ὀνόμαϲί τιϲ χρῷτο		
	§ 14: Plus tamen est obscuritatis in contextu et continuatione sermonis.	
καὶ τῇ ϲυνθέϲει μὴ ἁπλῇ καὶ κατὰ φύϲιν ἀλλὰ δι᾽ ὑπερβάτων	. . . nec traiectione ultra modum hyperbati finis eius differatur.	§ 199: καὶ ὅλωϲ τῇ φυϲικῇ τάξει τῶν ὀνομάτων χρηϲτέον.
καὶ μήκουϲ περιόδων	Quare nec sit tam longus, ut eum persequi non possit intentio	§ 202: πειρᾶϲθαι δὲ μὴ εἰϲ μῆκοϲ ἐκτείνειν τὰϲ περιαγωγάϲ
§ 87: καὶ ἡ ὁμωνυμία (sc. obscura est), εἰ λείπει ἡ διόρθωϲιϲ[1]) οἷον· ‘Ἀλέξανδροϲ ὁ Πάριϲ, | Ἀλέξανδροϲ ὁ Φιλίππου’.	§ 13: . . . In his, quae homonyma vocantur (sc. interpretatio desideratur), ut ‘taurus’ animal sit an mons . . . nisi distinctum, non intellegetur.[2])	

1) Ita textum Anonymi mutilum Graeven restituit.

2) Anonymi § 86 recurrit doctrina Demetrii (§ 191): ‘καὶ μηδὲ διπλᾶ ὀνόματα τιθέναι . . . μηδὲ μὴν πεποιημένα μηδ᾽ ὅϲα ἄλλα μεγαλοπρέπειαν ποιεῖ’. Exemplum ipsum Anonymi (Ilias IX 394) Theophrasteum esse videtur (cf. Demetr. § 94). Anonymi § 88 de loco suo sublata pertinet ad πραγματικὴν ϲαφήνειαν (§§ 81—84).

Denique πιθανὴ λέξις tractatur apud Anonym. 96—98:

96: ἔστι δὲ ἐνάργεια λόγος ὑπ' ὄψιν ἄγων τὸ δηλούμενον.

Theophrasti definitionem servaverunt Dionys. de Lys. c. 7 (vol. I 14, 18) et Cic. part. or. 20.

97: ποιεῖ δὲ πειθὼ καὶ λέξις ἀνεπιτήδευτος καὶ τὸ αὐτοσχέδιον ἐμφαίνουσα.

cf. Aristot. Rhet. III c. 2 pg. 1404 B 18 et Theophrastum (apud Demetr. 221): λέξιν τε οὖν οὐ τὴν περιττὴν οὐδὲ ὑπέρογκον διωκτέον ἐν τῇ πιθανότητι.

98: ποιήσεις δὲ πιθανότητα καὶ ἐὰν μὴ πάντα βεβαιῶν λέγῃς ἀλλὰ προστιθῇς τὸ 'οἶμαι' καὶ 'τάχα' καὶ 'ἴσως' καὶ τὰ τοιαῦτα.

Praeceptum de fide ab oratore ipso artificiose sibi abroganda (cf. Aristot. Rhet. III c. 7 pg. 1408 A 33) habet Theophrastus fr. X S = π. ὕψ. 32, 3).[1]

c) Anaximenis ars rhetorica.

Brevitatis idea ab Anaximene in cap. 22 tractatur (cf. Prolegg. pg. XLIX):

Anaximenes pg. 58, 18: ἂν δὲ καὶ ἔτι μακρότερον ἐθε-

cf. Anonym. Seguer. § 69: ἐν δὲ ταῖς λέξεσι ἔσται συν-

---

1) Suavitatis ideam (Anonym. 99) iam in arte Theodectea haud aliter expositam fuisse videmus atque apud Theophrastum: commemorantur enim μῦθος, ἀστεϊσμός, γνῶμαι proverbiorum instar adhibendae. — Μεγαλοπρεπείας idea exponitur apud Anonymum 100 pariter Theophrasti ex sententia: respiciuntur autem διάνοια ('τοῖς νοήμασι σεμνοῖς κεχρημένος καὶ τὰ ταπεινὰ φεύγων παραδείγματα'), delectus verborum ('φεύγειν ... τὰς αἰσχρὰς τῶν λέξεων'), ornatus ('ὑψηλὴ φράσις καὶ διῃρημένη').

λήϲομεν τὸν λόγον ποιεῖν, δεῖ πολλοῖϲ ὀνόμαϲι περὶ ἑκάϲτου χρῆϲθαι.	τομία, ἐὰν μὴ ϲυνωνυμίαιϲ χρῷο
pg. 59, 1: Βραχυλογεῖν δὲ βουλόμενοϲ ὅλον τὸ πρᾶγμα ἑνὶ ὀνόματι περιλαμβάνειν	cf. Aristot. Rhet. III c. 6 in.: (εἰϲ ϲυντομίαν ϲυμβάλλεται) ἀντὶ τοῦ λόγου ὄνομα (= Theophr. ap. Demetr. § 92).
καὶ τούτῳ, ὃ ἂν ὑπάρχῃ βραχύτατον τῷ πράγματι.	Anonym. § 70: καὶ ἐὰν ϲυνωνύμων τὰϲ βραχυϲυλλάβουϲ ἐκλέγῃϲ.
χρὴ δὲ καὶ ϲυνδέϲμουϲ ὀλίγουϲ ποιεῖν,	Aristot. Rhet. III c. 6 pg. 1407 B 38: ἐὰν δὲ ϲυντόμωϲ, ἄνευ μὲν ϲυνδέϲμου, μὴ ἀϲύνδετα δέ.
τὰ πλεῖϲτα δὲ ζευγνύναι … τῇ δὲ λέξει εἰϲ δύο ⟨μὴ add. Kayser⟩ χρῆϲθαι.[1])	Aristot. ibid. v. 36: ἐὰν δὲ ϲυντόμωϲ, τοὐναντίον (i. e. ἐπιζευγνύναι) (= Theophr. ap. Demetr. § 103).

Perspicuitatis idea tractatur in cap. 25, maxime quod pertinet ad compositionem (similiter Aristoteles Rhet. III c. 5):

Anax. pg. 62, 5: μετὰ δὲ ϲυνδέϲμουϲ, οὓϲ ἂν προείπῃϲ, ἀποδίδου τοὺϲ ἀκολου-	Aristot. c. 5 in.: πρῶτον μὲν (ἔϲτι τὸ ἑλληνίζειν) ἐν τοῖϲ ϲυνδέϲμοιϲ, ἂν ἀποδιδῷ

---

1) Ultimis verbis ab Anaximene notissima illa divisio respicitur inter adiunctum (ἐπεζευγμένον) et disiunctum (διεζευγμένον), quam et in Aristotelis arte Theodectea et in eiusdem et Theophrasti libris περὶ λέξεωϲ valere vidimus. ‘Τὸ διεζευγμένον’ autem ab Anaximene vocatur ‘λέξιϲ εἰϲ δύο’. Qua re perspecta manifestum fit, quid sibi velit Anaximenis caput 24, ubi sex elocutionis formae enumerantur, quarum patet tres disiunctionis, tres coniunctionis esse exempla.

θοῦνταϲ.

τιϲ ὡϲ πεφύκαϲι πρότεροι καὶ ὕϲτεροι γίγνεϲθαι ἀλλήλων.

pg. 62, 1: πρόϲεχε δὲ καὶ τοῖϲ καλουμένοιϲ ἄρθροιϲ, ὅπωϲ ἐν τῷ δέοντι προϲτιθῆται; cuius rei exemplum affertur 62, 21: ʻοὗτοϲ ὁ ἄνθρωποϲ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἀδικεῖʼ. νῦν μὲν ἐγγινόμενα τὰ ἄρθρα ϲαφῆ ποιεῖ τὴν λέξιν, ἐξαιρεθέντα δὲ ἀϲαφῆ ποιεῖ.

pg. 62, 2: ϲκόπει δὲ καὶ τὴν ϲύνθεϲιν τῶν ὀνομάτων, ὅπωϲ μήτε ϲυνκεχυμένη μηδʼ ὑπερβατὴ ἔϲται.

Quint. VIII 2, 14: Quibus *(dicit μῆκος periodi et ὑπέρβατον)* adhuc peior est m i x t u r a v e r b o r u m, qualis in illo versu: ʻSaxa vocant Itali mediis quae in fluctibus arasʼ.

Cum exemplo Anaximenis (62, 15): ʻδεινόν ἐϲτι τοῦτον τοῦτον τύπτεινʼ.

conferas hoc Quintiliani (VIII 2, 16): Chremetem audivi percussisse Demeam.

pg. 63, 3: τὸ δὲ τὰ ἀμφίβολα διαφεύγειν τοιόνδε ἐϲτίν· ἔνια τῶν ὀνομάτων

cf. Quint. VIII 2, 13: In his quae homonyma vocantur (*interpretatio desideratur*).

ταὐτὰ ἐπὶ πλείοϲι πράγμαϲι κεῖται οἷον· ὀδὸϲ τῶν θυρῶν καὶ ὁδὸϲ ἣν βαδίζουϲι.

Anonym. Seg. § 87: καὶ ἡ ὁμωνυμία (ἀϲαφήϲ ἐϲτι), εἰ λείπει ἡ διόρθωϲιϲ.

IV. *Τὸ δεινόν.*[1])

1. πράγματα.[2])

Demetr. § 240: Πράγματά τινα ἐξ ἑαυτῶν ἐστι δεινά, ὥστε τοὺς λέγοντας αὐτὰ δεινοὺς δοκεῖν, κἂν μὴ δεινῶς λέγωσιν, καθάπερ ὁ Θεόπομπος (cf. §§ 27. 75) τὰς ἐν τῷ Πειραιεῖ αὐλητρίας καὶ τὰ πορνεῖα καὶ τοὺς αὐλοῦντας καὶ ᾄδοντας καὶ ὀρχουμένους, ταῦτα πάντα δεινὰ ὄντα καίτοι ἀσθενῶς εἰπὼν δεινὸς δοκεῖ.

2. σύνθεσις.[3])

Demetr. § 241: κατὰ δὲ τὴν σύνθεσιν ὁ χαρακτὴρ οὗτος

Dionys. de Demosth. 212, 23[4]): καθόλου δέ γε οὐδὲ

---

1) Inter disputationes de ideis communibus et de idea δεινότητος male inserta est disputatio de epistulis scribendis (§§ 223—235), quae ex Theophrasto quidem fluxit (cf. infra pg. 209 sqq.), sed apud eum alio prorsus loco posita erat (cf. supra pg. 39 adn. 4).

2) Hic etiam Demetrii dispositio maxime perturbata est: atqui ut primo tria illa capita (πράγματα, σύνθεσις, λέξις) recte inter se definiantur, dicendum est ad πράγματα pertinere § 240, ad σύνθεσιν haec: 241, 242, 244—253, 255—258, 267—271, 299—301; ad λέξιν autem haec: 243, 254 (ἀλληγορία), 259—262 (ἀλληγορία, ὑπερβολή, ἔμφασις), 263—266 (παράλειψις, προσωποποιία) 272—298.

3) Hic etiam singularum rerum ordo confusus est; tractantur autem haec argumenta: I. μῆκος λόγου (doctrina periodi): §§ 241—242 (συντομία), 252 (συντομία περιόδου), 253 (ἀποσιώπησις), 244, 248, 251 (περὶ περιόδου δεινῆς). II. ῥυθμός: 245, (251), 301. III. ἁρμονία: §§ 246, 255—258, 299, 300. IV. σχήματα: §§ 247, 250 (ἀντίθεσις) 267—271. V. τάξις: § 249.

4) Iis quae Dionysius in libris de Demosthene et de compositione scriptis de dura componendi forma (αὐστηρὰ σύνθεσις) exponit cum Demetrio comparatis elucet utrumque Theophrasti αὐστηρὰν σύνθεσιν, δεινότητι subiectam, describere.

γίνοιτ᾽ ἂν πρῶτον μὲν εἰ κόμματα ἔχοι ἀντὶ κώλων· τὸ γὰρ μῆκος ἐκλύει τὴν σφοδρότητα, τὸ δὲ ἐν ὀλίγῳ πολὺ ἐμφαινόμενον δεινότερον.

ἀσπάζεται τὸ ἐμπερίοδον ἥδε ἡ σύνθεσις, ἀποιήτως δέ πως . . . καὶ τὰ πλείω κομματικῶς κατεσκευάσθαι βούλεται.

Demetr. § 252: ἅμα μέντοι πυκναὶ ἔστωσαν καὶ σύντομοι, λέγω δὲ δίκωλοί τινες, ἐπεί τοι πολύκωλοί γε οὖσαι κάλλος μᾶλλον παρέξουσιν, οὐ δεινότητα. 253 οὕτως ἡ συντομία τῷ χαρακτῆρι χρήσιμον ὥστε καὶ ἀποσιωπῆσαι πολλαχοῦ δεινότερον.

§ 244: τάς γε μὴν περιόδους ἐσφίγχθαι μάλα δεῖ κατὰ τὸ τέλος· ἡ γὰρ περιαγωγὴ δεινόν, ἡ δὲ λύσις (= λέξις εἰρομένη) ἁπλούστερον καὶ χρηστοηθείας σημεῖον καθάπερ πᾶσα ἑρμηνεία· ἁπλοϊκοὶ γὰρ ἀρχαῖοι.

§ 248: πολλὰ μέντοι ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὥσπερ ἀναγκασθησόμεθα συνθεῖναι στρογγύλως καὶ δεινῶς (sequitur exemplum). αὐτὸ γὰρ τὸ πρᾶγμα καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ συμπεφυκυῖαν σαφῶς ἔσχεν τὴν σύνθεσιν.

Dionys. de comp. verb. 97,9: περιόδους δὲ συντιθέναι συναπαρτιζούσας ἑαυταῖς τὸν νοῦν τὰ πολλὰ μὲν οὐδὲ βούλεται· εἰ δέ ποτ᾽ αὐτομάτως ἐπὶ τοῦτο κατενεχθείη, τὸ ἀνεπιτήδευτον ἐμφαίνειν θέλει καὶ ἀφελές. cf. de Demosth. pg. 213, 2: εἰ δέ ποτε ἀκολουθήσειεν τοῖς ἀνεπιτηδεύτως συντιθεμένοις κώλοις ἢ περίοδος ἢ βάσις εὔρυθμος, τὸ συμβὰν ἐκ τῆς αὐτομάτου τύχης οὐκ ἀπωθεῖται.

§ 251: πρέπει δὲ τῇ δεινότητι καὶ τῶν περιόδων ἡ

πυκνότης καίτοι ἐν τοῖς λοιποῖς χαρακτῆρσιν οὐκ ἐπιτηδεία οὖσα.

Demetr. § 245: ὥστε ἐν δεινότητι φεύγειν δεῖ τὸ ἀρχαιοειδὲς καὶ τοῦ ἤθους καὶ τοῦ ῥυθμοῦ καὶ καταφεύγειν μάλιστα ἐπὶ τὴν νῦν κατέχουσαν δεινότητα.

Dionys. de Dem. pg. 212, 3: τοὺς ῥυθμοὺς ... μὴ ταπεινοὺς μηδὲ μαλθακοὺς μηδ' ἀγεννεῖς εἶναι, ὑψηλοὺς δὲ καὶ ἀνδρώδεις καὶ μεγαλοπρεπεῖς; cf. de comp. verb 97, 3: τοὺς ῥυθμοὺς τοὺς ἀξιωματικοὺς καὶ μεγαλοπρεπεῖς (ἐπιτηδεύει).

τῶν οὖν κώλων αἱ τοιαῦται ἀποθέσεις (dicit choriambum: 'ὦ συνερεῖν') ... ἔχονται μάλιστα οὗ εἴρηκα ῥυθμοῦ cf. § 251: συνεχῶς γὰρ τιθεμένη (περίοδος) μέτρῳ εἰκασθήσεται λεγομένῳ ἐφεξῆς καὶ τοῦτο δεινῷ μέτρῳ ὥσπερ οἱ χωλίαμβοι, addas § 301 (de Hipponacte): λοιδορῆσαι γὰρ βουλόμενος τοὺς ἐχθροὺς ἔθραυσεν τὸ μέτρον καὶ ἐποίησεν χωλὸν ἀντὶ εὐθέος καὶ ἄρρυθμον, τουτέστι δεινότητι πρέπον.[1])

Dionys. de Dem. pg. 212, 24: μηδ' εἰς θεατρικούς τινας καὶ γλαφυροὺς καταληγούσας (sc. periodos) ῥυθμούς. cf. de comp. verb. pg. 97, 13: οὔτε ὅπως αἱ βάσεις αὐτῶν γένοιντο θεατρικαί τινες ἢ γλαφυραὶ σπουδὴν ἔχουσα.

---

1) Ea in re quod choriambus (§ 245) et choliambus (§§ 251, 301) commendantur, Demetrii systema metricum certa ratione conceptum cerni potest: nam utrumque metrum ex 'recto' pedum genere derivatum atque deflexum est: nam et choriambus

Demetr. § 246: ποιεῖ δέ τινα καὶ ἡ βία κατὰ τὴν cύνθεcιν δεινότητα· δεινὸν γὰρ πολλαχοῦ καὶ τὸ δύcφθογγον.

Dionys. de Dem. pg. 211, 5: ἀνακοπὰς καὶ ἀντιcτηριγμοὺc λαμβάνειν καὶ τραχύτηταc ἐν ταῖc cυμπλοκαῖc τῶν ὀνομάτων ... βούλεται. cf. de comp. verb. 96, 15: τραχείαιc κεχρῆcθαι πολλαχῇ καὶ ἀντιτύποιc ταῖc cυμβολαῖc οὐδὲν διαφέρει.

§ 255: ἔcτι δ' ὅπη κακοφωνία δεινότητα ποιεῖ (sequuntur exempla usque ad § 258) ..... 258 ὅλωc γὰρ ἡ λειότηc καὶ τὸ εὐήκοον γλαφυρότητοc, ἴδια οὐ δεινότητόc ἐcτιν.

Demetr. § 299: ἡ δὲ λειότηc ἡ περὶ τὴν cύνθεcιν, οἵᾳ κέχρηνται μάλιcτα οἱ ἀπ' Ἰcοκράτουc φυλαξάμενοι τὴν cύγκρουcιν τῶν φωνηέντων γραμμάτων, οὐ μάλα ἐπιτηδεία ἐcτὶ δεινῷ λόγῳ.

Dionys. de Dem. pg. 210: τοῦτο τὸ cχῆμα τῆc ἁρμονίαc ποιοῦcιν αἱ τῶν φωνηέντων γραμμάτων παραθέcειc.

---

et choliambus ἀνακλάcειc sunt diiambi. Atque in exemplo § 245: ὡμολόγη|cα τούτοιc ὡc | ἂν οἷόc τε | ὦ cυνερεῖν (– ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –) post choriambum et choliambum occurrit antispastus (⏑ – – ⏑), qui pariter diiambi forma anaclastica est.

Praeterea ad clausulas rhythmicas δεινότητοc ideae aptas pertinet Demetrii § 183: 'τὸ μὲν γὰρ (i. e. ῥυθμὸc ἕδραν ἔχων) ἰcχνὸν καὶ δεινόν', quo cum praecepto conferendi sunt hi Dionysii loci: de Dem. pg. 210, 10: ὀνόμαcι χρῆcθαι φιλεῖ μεγάλοιc καὶ μακροcυλλάβοιc ὥcτε τὰc ἕδραc αὐτῶν εἶναι πλουcίωc πάνυ βεβηκυίαc et de comp. verb. pg. 96: ἐρείδεcθαι βούλεται τὰ ὀνόματα ἀcφαλῶc καὶ cτάcειc λαμβάνειν ἰcχυράc.

§ 300: καὶ γὰρ τὸ ἀφρόντιστον αὐτὸ καὶ τὸ ὥσπερ αὐτοφυὲς δεινότητα παραστήσει τινά, μάλιστα ἐπὰν ὀργιζομένους ἐμφαίνωμεν αὐτοὺς ἢ ἠδικημένους.

Dionys. de comp. verb. 97,7: φύσει τ' ἐοικέναι μᾶλλον αὐτὰ βούλεται ἢ τέχνῃ καὶ κατὰ πάθος λέγεσθαι μᾶλλον ἢ κατ' ἦθος.

Demetr. § 247: τὰ δὲ ἀντίθετα καὶ παρόμοια ἐν ταῖς περιόδοις φευκτέον· ὄγκον γὰρ ποιοῦσιν, οὐ δεινότητα.[1])

Dionys. de Dem. pg. 212, 10: καὶ τὸ τοὺς σχηματισμοὺς γενναίους εἶναι καὶ ἀξιωματικούς; de comp. verb. 97, 6: καὶ οὔτε πάρισα βούλεται τὰ κῶλα ἀλλήλοις εἶναι οὔτε παρόμοια.

§ 267: τὰ δὲ τῆς λέξεως σχήματα ποικιλώτερον ἐκλέγοντά ἐστι δεινότερον ποιεῖν τὸν λόγον ἔκ τε τῆς ἀναδιπλώσεως ... 268 καὶ ἐκ τῆς ἀναφορᾶς καλουμένης, ὡς τὸ (Aeschin. Ctesiph. 202) 'ἐπὶ σαυτὸν καλεῖς, ἐπὶ τοὺς νόμους καλεῖς, ἐπὶ τὴν δημοκρατίαν καλεῖς', τὸ δὲ σχῆμα τὸ εἰρημένον τοῦτο τριπλοῦν· καὶ γὰρ ἐπαναφορὰ ... καὶ ἀσύνδετον ... καὶ ὁμοιοτέλευτον.

§ 269: μάλιστα δὲ πάντων ἰστέον τὴν διάλυσιν δεινότητος ἐργάτιν ... (sequitur exemplum). εἰ γὰρ συναφθείη ταῦτα συν-

Dionys. Dem. pg. 213, 6: τὸ μήτε συνδέσμοις χρῆσθαι πολλοῖς μήτε ἀρθροῖς συνεχέσιν (cf. de comp.

π. ὕψ. c. 21 in.: φέρε οὖν πρόσθες τοὺς συνδέσμους, εἰ θέλεις, ὡς ποιοῦσιν οἱ Ἰσοκράτειοι, ... καὶ εἴσῃ, ... ὡς τοῦ πά-

1) Exempla eius rei exhibet § 250.

δέcμοιc, πρᾳότερα ἔcται.

verb. 98, 9: ὀλιγοcύνδετοc, ἄναρθροc).

θουc τὸ cυνδεδιωγμένον καὶ ἀποτραχυνόμενον, ἐὰν τοῖc cυνδέcμοιc ἐξομαλίcῃc, εἰc λειότητα ἄκεντρον . . . προcπίπτει.

Demetr. § 270: λαμβάνοιτ' ἂν καὶ ἡ κλῖμαξ[1]) καλουμένη . . . 271 καθόλου δὲ τῆc λέξεωc τὰ cχήματα καὶ ὑπόκριcιν καὶ ἀγῶνα παρέχει τῷ λέγοντι, μάλιcτα τὸ διαλελυμένον (cf. §§ 193 sq.).

Demetr. § 249: ποιητικὸν δὲ δεινότητόc ἐcτὶ καὶ τὸ ἐπὶ τέλει τιθέναι τὸ δεινότατον· περιλαμβανόμενον γὰρ ἐν μέcῳ ἀμβλύνεται.

cf. Dionys. de Dem. pg. 213, 9: τὸ τῆc ἀκολουθίαc τῶν προεξενεχθέντων ὑπεροπτικῶc ἔχειν τὴν φράcιν . . . τῷ περιττῶc καὶ ἰδίωc καὶ μὴ κατὰ τὴν ὑπόληψιν ἢ βούληcιν τῶν πολλῶν cυζεύγνυcθαι τὰ μόρια. cf. de comp. verb. pg. 98, 2: ἐν πολλοῖc ὑπεροπτικὴ τῆc ἀκολουθίαc.

3. Λέξιc.

a) metaphora eiusque species.

Demetr. § 272: Λέξιc δὲ λαμβανέcθω πᾶcα ὅcη καὶ ἐν τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι, πλὴν οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τέλοc.[2])

---

1) Adiungit τὸ πολύπτωτον Dionys. de Dem. 213, 7: τὸ μὴ χρονίζειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν πτώcεων τὸν λόγον ἀλλὰ θαμινὰ μεταπίπτειν; cf. de comp. verb. pg. 97, 19: ἀγχίcτροφόc ἐcτι περὶ τὰc πτώcειc.

2) Itaque hic idem ordo restituendus nobis est, quem in grandi oratione enarranda Demetrius observavit. Itaque post

§ 276[1]): Πειρᾶcθαι δὲ τὰ ὀνόματα πρεπόντωc λέγειν τοῖc πράγμαcιν, οἷον ἐπὶ μὲν τοῦ βίᾳ καὶ πανουργίᾳ δράcαντοc ʽδιεβιάcατοʼ : . . .

§ 272: Καὶ . . . μεταφέροντά ἐcτι δεινὰ ποιεῖν . . . 273 καὶ ἔτι εἰκαcίαc λέγοντα . . . 274 αἱ παραβολαὶ δὲ τῇ δεινότητι οὐκ ἐπιτήδειαι διὰ τὸ μῆκοc . . . 275 γίνεται δὲ καὶ ἐκ cυνθέτου ὀνόματοc δεινότηc . . .[2])

b) εἴδη καταcκευῆc.[3])

Agmen ducant ἔμφασις, ἀλληγορία, ὑπερβολή, quae tres exornationes simul exemplis illustrantur §§ 282—286:

δεινὰ δὲ καὶ τὰ Δημάδεια καίτοι ἴδιον καὶ ἄτοπον τρόπον ἔχειν δοκοῦντα· ἔcτι δὲ αὐτῶν ἡ δεινότηc ἔκ τε τῶν ἐμφάcεων γινομένη καὶ ἐξ ἀλληγορικοῦ τινοc παραλαμβανουμένου καὶ τρίτον ἐξ ὑπερβολῆc[4]) (sequuntur exempla usque ad § 286).

Ἔμφασις specialiter tractatur §§ 259—262[4]):

---

metaphoram eiusque species ponenda erant illa εἴδη καταcκευῆc ex idea μεγαλοπρεπείαc repetita.

1) Ceteris hanc paragraphum anteposuimus, quia proprie ad ἐκλογὴν ὀνομάτων pertinet: docetur enim eligenda esse ὀνόματα δεινὰ quae certe ὀνόμαcι καλοῖc (sublimitati aptis et suavitati) respondent.

2) Cum his conferas ordinem ideae μεγαλοπρεποῦc: §§ 81—88 μεταφορά; 89 εἰκαcία; 90 παραβολή; 91—98 cύνθετον ὄνομα.

3) Quoniam μεγαλοπρεποῦc atque δεινοῦ λόγου dispositionem eandem fuisse vidimus, hic εἴδη καταcκευῆc, quorum tabellam supra restituimus, subiungenda sunt.

4) Quae sane non περὶ τῆc Δημαδείου δεινότητοc inscribenda erant, quasi merum additamentum essent extra reliquae doctrinae fines positum; immo vero patet in Demetrii fonte ἔμφαcιν, ἀλληγορίαν, ὑπερβολὴν specialiter quoque tractatos fuisse: hic autem trium rerum exempla ex Demade afferri. Quae exempla ipsa a Theophrasto aliena non esse verisimile est, qui De-

§ 259: καίτοι ἐςτὶ πολλαχοῦ ἐκ παιδιᾶς παραμεμιγμένης δεινότης ἐμφαινομένη τις (sequuntur exempla) ... 261 γελοῖον γὰρ τὸ πρόχειρον τοῦ λόγου, δεινὴ δ' ἡ κευθομένη ἔμφαςις (sequuntur exempla § 262).

Ἀλληγορία specialiter tractatur §§ 243 et 254[1]):

§ 243: Διὸ καὶ τὰ cύμβολα ἔχει δεινότητας, ὅτι ἐμφερῆ ταῖς βραχυλογίαις· καὶ γὰρ ἐκ τοῦ βραχέως ῥηθέντος ὑπονοῆςαι τὰ πλεῖςτα δεῖ καθάπερ ἐκ τῶν ςυμβόλων· οὕτως καὶ τὸ 'χαμόθεν οἱ τέττιγες ὑμῖν ᾄςονται' δεινότερον ἀλληγορικῶς ῥηθὲν ἢ εἴπερ ἁπλῶς ἐρρήθη· 'τὰ δένδρα ὑμῶν ἐκκοπήςεται'.

§ 254: Cχεδὸν ἂν καὶ ἡ ἀςάφεια πολλαχοῦ δεινότης εἴη· δεινότερον γὰρ τὸ ὑπονοούμενον, τὸ δ' ἐξαπλωθὲν καταφρονεῖται.

Ὑπερβολῆς specialis tractatio deest.

Ad κατασκευῆς εἰδῶν tabellam praeterea pertinent ἀποσιώπησις (264) et προσωποποιία (265 sq.)[2])

---

madis, cuius dicacitatem admiratus est (cf. supra pg. 35 sqq.), facete dicta memoriae prodidisse etiam ea de causa putandus est, quod (Cic. Brut. 36) Demadis scripta nulla extabant.

1) §§ 243, 254 in doctrinam περὶ ςυνθέςεως interpositae sunt.

2) §§ 263—266 in Demetrii libello 'ςχήματα διανοίας' inscribuntur, quae res nullius pretii est. Nam a Demetrii auctore ea inscriptio eo certius aliena est, quod in reliquis tribus 'characteribus' figurae sententiarum ne commemorantur quidem. Quid quod inscriptio §§ 263—266 cum ipsa Demetrii dispositione aperte pugnat? Ἀποςιώπηςις enim in grandis orationis enarratione (§ 103) λέξει subiecta est, non figuris. Praeterea inde a § 279 usque ad § 281 exornationes aliquae enumerantur (ἐρώτηςις, ἐπιμονή, εὐφημιςμός), quae licet a recentioribus technographis communiter 'ςχήματα διανοίας' vocentur, apud Demetrium simpliciter λέξει subiecta sunt. Itaque a Demetrii auctore prorsus aliena est notio ςχήματα διανοίας.

Demetr. § 264: Καὶ ἡ προειρημένη δ' ἀποσιώπησις ... δεινότερον ποιήσει τὸν λόγον; 265 παραλαμβάνοιτο δ' ἂν ... πρὸς δεινότητα ἡ προσωποποιία καλουμένη (sequuntur exempla § 266).

Eidem tabellae adnumerandae sunt ἐπανάστασις (§§ 277. 278) et ἐπιμονή (280); utraque enim αὐξήσεως species est[1]):

Demetr. § 277: τὸ δὲ ἐξαίρεσθαί πως ******** ******[2]) λαμβανόμενον, οὐ μέγεθος ποιεῖ μόνον ἀλλὰ καὶ δεινότητα ὥς (.... sequuntur exempla).

§ 278: οὐ γὰρ ὑπὲρ τοῦ μέγαν ποιῆσαι τὸν λόγον ἡ

---

1) Ἐπιμονή enim atque ἐπανάστασις agmen ducunt in enumeratione εἰδῶν κατασκευῆς, quae extat apud auctorem ad Herennium IV 39, 51 sqq. Ibi enim — omittendae sunt (51) 'descriptio' quae est species ἐναργείας (διατύπωσις), (52) 'divisio', 'frequentatio' (αἰτιολογία, παλιλλογία), quae ad Zoili σχήματα mox tractanda pertinent — legimus haec: (§ 54) expolitio, (§ 55) sermocinatio, exsuscitatio (58), commoratio'; atque eiecta sermocinatione, quae est species προσωποποιίας (Quint. IX 2, 31), vides auctoris ad H. 'exsuscitationem' idem esse atque Demetrii ἐπανάστασιν, 'commorationem' esse ἐπιμονὴν eandemque rem 'expolitione' significari; nam: 'expolitio est cum in eodem loco manemus'. Patet igitur consensum Demetrii atque auctoris ad H. Theophrasti monstrare auctoritatem: negandum enim non est auctorem ad H. initium eius quam exhibet tabellae (ἐπιμονήν, ἐπανάστασιν) pariter Theophrasto debere atque ea quae sequuntur εἴδη κατασκευῆς (59 ὁμοίωσις, 66 προσωποποιία, 67 ἔμφασις κ. τ. λ.). Quae res eo certior est, quia ἐπιμονή et ἐπανάστασις sine dubio species sunt αὐξήσεως Theophrasteae; nam π. ὕψ. c. 12 pg. 127, 15 Sp.-H. ἐπιμονή ut species amplificationi subiungitur. Praeterea ἐπανάστασιν et ἐξεργασίαν (= ἐπιμονή) Quint. VIII 3, 88 ut δεινότητος fontes coniungit (cf. Prolegg. pg. XXI).

2) Lacunae signa posui: supplendum fere: ⟨δεινοῦ τινος προσώπου ἐπι⟩ λαμβανόμενον. Vertendum igitur: 'In corripienda odiosa aliqua persona exsuscitari ...'

ἐπανάστασις, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δεινόν· γίνεται δὲ τοῦτο, ἐπὰν μεταξὺ ἐξαρθέντες κατηγορῶμέν τινος.

§ 280: Ἡ δὲ καλουμένη ἐπιμονή ἐστι μὲν ἑρμηνεία πλείων τοῦ πράγματος, μέγιστα δὲ συμβάλοιτ' ἂν εἰς δεινότητα.

c) Zoili σχήματα.

Praeter εἴδη κατασκευῆς, quae maxime ad μεγαλοπρέπειαν apta sunt, Theophrastus, ut ceteris ideis, sine dubio etiam δεινότητι proprios 'fontes' tribuit, h. e. exornationum genus, ex quibus praecipue vis effici posset. Quam ad rem Theophrastum contendimus Zoili figuris esse usum.

Zoili enim σχήματα (de quibus cf. Caecilium apud Quint. IX 1, 14) exhibet Anaximenis ars rhetorica (c. 18—21).[1] *Quae haudquaquam sunt recentioris aetatis σχήματα διανοίας, sed subiecta sunt λόγῳ ἐσχηματισμένῳ h. e. eius orationis formae, qua 'aliud simulatur dici quam dicitur'. Inter Zoili σχημάτων species Anaximenes exhibet ἐρώτησιν (qua orator simulat se aliquid ignorare) et παράλειψιν (qua orator non revera omittit, sed omissionem fingit).*

Quibus expositis videmus apud Demetrium haec cohaerere:

§ 263: Ὡς δ' ἂν καὶ ἐκ σχημάτων[2]) γίγνοιτο δεινότης λέξομεν. . . . ἐκ μὲν τῆς παραλείψεως ὀνομαζομένης οὕτως (sequitur exemplum). ἐν γὰρ τούτοις καὶ εἴρηκεν πάντα ὅσα ἐβούλετο καὶ παραλιπεῖν αὐτά φησιν, ὡς δεινότερα εἰπεῖν ἔχων ἕτερα.

§ 279: Δεινὸν δὲ καὶ τὸ ἐρωτῶντα τοὺς ἀκούοντας ἔνια λέγειν καὶ μὴ ἀποφαινόμενον . . . καθάπερ γὰρ εἰς ἀπορίαν ἄγει τὸν ἀκούοντα ἐξελεγχομένῳ ἐοικότα καὶ μηδὲν ἀποκρίνασθαι ἔχοντι.

---

1) cf. App. pg. 212.

2) sed haec vox cum Zoilo praegnanter accipienda era ('orato ficta'), non cum recentioribus (σχήματα διανοίας).

Praeter figuram παραλείψεως sine dubio huc pertinet etiam:

§ 281: Τάχα δὲ καὶ ὁ εὐφημιςμὸς καλούμενος ἂν μετέχοι τῆς δεινότητος καὶ ὁ τὰ δύςφημα εὔφημα ποιῶν καὶ τὰ ἀςεβήματα εὐςεβήματα οἷον ὡς ὁ τὰς Νίκας τὰς χρυςᾶς χωνεύειν κελεύων καὶ καταχρῆςθαι τοῖς χρήμαςιν εἰς τὸν πόλεμον οὐχ οὕτως εἶπεν προχείρως ὅτι ʽκατακόψωμεν τὰς Νίκας εἰς τὸν πόλεμονʼ ... ἀλλʼ εὐφημότερον ὅτι ʽςυγχρηςόμεθα ταῖς Νίκαις εἰς τὸν πόλεμονʼ.[1])

Praeter haec disiecta membra Demetrius locupletissimam orationis figuratae doctrinam exhibet §§ 287—298:

Demetr. § 287: Τὸ δὲ καλούμενον ἐςχηματιςμένον ἐν λόγῳ οἱ νῦν ῥήτορες γελοίως ποιοῦςιν καὶ μετὰ ἐμφάςεως ἀγεννοῦς ἅμα καὶ οἷον ἀναμνηςτικῆς· ἀληθινὸν δὲ ςχῆμά ἐςτι λόγου μετὰ δυοῖν τούτοιν λεγόμενον, εὐπρεπείας καὶ ἀςφαλείας.[2])

---

1) Εὐφημιςμός profecto Zoili ςχήματος species est: aliud enim dicitur, alius latet sensus, neque venerandae antiquitatis τέχναςμα (exemplo de victoriis aureis ad annum 406 relegamur) Zoilum fugere potuit. Ceterum εὐφημιςμός occurrit in Quintilianea tractatione orationis figuratae Zoili (IX 2, 65 sqq.). Legimus enim § 92: confinia sunt his celebrata apud Graecos schemata, per quae res asperas mollius significant; . . . qui victorias aureas in usum belli conflari volebat, ita declinavit: ʽvictoriis utendum esseʼ. Addas locum Dionysii vol. II pg. 296, 12 U.-R. (περὶ τῶν ἐςχηματιςμένων ᾱ).

2) His verbis docemur ad ςχῆμα notionem ἐμφάςεως pertinere; si quidem verum ςχῆμα λόγου nihil aliud est quam γενναία ἔμφαςις. — Praeterea Demetrius nos docet ςχῆμα duabus de causis adhiberi posse: et decoris et incolumitatis gratia. Quae egregie consentiunt cum Quintiliano IX 2, 65: Eius (sc. ςχήματος Zoili) triplex est usus: unus si dicere palam parum tutum est (= ἀςφαλείας ἕνεκα), altera si non decet (εὐπρεπείας ἕνεκα), tertius qui venustatis modo gratia adhibetur.

§ 288 *Sequitur exemplum: tecta vituperatio Aristippi et Cleombroti, qua utitur Plato in Phaedone (pg. 59 c):* πάντα γὰρ τὰ προειρημένα (sc. vituperatio) ἐμφαίνεται τῷ 'ἐν Αἰγίνῃ ἦcαν' καὶ πολὺ δεινότερος ὁ λόγος δοκεῖ τοῦ πράγματος αὐτοῦ ἐμφαίνοντος τὸ δεινόν, οὐχὶ τοῦ λέγοντος.

§ 289: Πολλάκις δὲ ἢ πρὸς τύραννον ἢ ἄλλως βίαιόν τινα διαλεγόμενοι καὶ ὀνειδίcαι ὁρμῶντες χρῄζομεν ἐξ ἀνάγκης σχήματος λόγου ὡς Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς πρὸς Κρατερὸν τὸν Μακεδόνα ἐπὶ χρυσῆς κλίνης καθεζόμενον μετέωρον καὶ ἐν πορφυρᾷ χλανίδι, καὶ ὑπερηφάνως ἀποδεχόμενον τὰς πρεσβείας τῶν Ἑλλήνων σχηματίσας εἶπεν ὀνειδιστικῶς ὅτι 'ὑπεδεξάμεθά ποτε πρεσβεύοντας ἡμεῖς τούσδε καὶ Κρατερὸν τοῦτον'. ἐν γὰρ τῷ δεικτικῷ τῷ 'τοῦτον' ἐμφαίνεται ἡ ὑπερηφανία τοῦ Κρατεροῦ πᾶσα ὠνειδισμένη ἐν σχήματι.[1])

§ 290 sequitur exemplum Platonis[2]), *deinde § 291:* πολλαχῇ μέντοι καὶ ἐπαμφοτερίζουσιν οἷόν τ'[3]) ἐοικέναι, εἴ τις ἐθέλοι καὶ ψόγους [εἰ del. Arnim] καὶ οὐ[4]) ψόγους εἶναι ... τὸ δὲ τοιοῦτον εἶδος ἀμφίβολον καὶ [τοι

Tertia species sine dubio ἀληθινοῦ σχήματος imitatio quaedam artificiosa est (ἔμφασις ἀναμνηστική).

1) Quodsi hic Demetrii Phalerei λόγος ἐσχηματισμένος laudatur, gravissimi momenti res est. Nam Demetrii Phalerei dictum tale est, ut non ex oratione litteris mandata, sed ex vivo Demetrii ore exceptum, deinde ex aequalis cuiusdam libro posteris innotuisse videatur. Quae omnia Theophrasti vestigia nobis ostendunt, quem in περὶ λέξεως libro Demetrii discipuli sui genus dicendi respexisse scimus.

2) Quo pariter atque Phalerei exemplo ἀπόφθεγμα aliquod servatur non ex libris publici iuris factis haustum.

3) cod.: οἷς; corr. Arnim.

4) cod.: ὁ; corr. Arnim.

del. Arnim] εἰρωνεία οὐκ ὂν ἔχει τινὰ ὅμως καὶ εἰρωνείας ἔμφασιν.[1])

§ 292: Δύναιτο δ' ἄν τις καὶ ἑτέρως σχηματίζειν οἷον οὕτως· ἐπειδὴ ἀηδῶς ἀκούουσιν οἱ δυνάσται ... τὰ αὐτῶν ἁμαρτήματα, παραινοῦντες αὐτοῖς μὴ ἁμαρτάνειν οὐκ ἐξ εὐθείας ἐροῦμεν, ἀλλ' ἤτοι ἑτέρους ψέξομέν τινας τὰ ὅμοια πεποιηκότας, οἷον πρὸς Διονύσιον τὸν τύραννον κατὰ Φαλάριδος τοῦ τυράννου ἐροῦμεν καὶ τῆς Φαλάριδος ἀποτομίας· ἢ ἐπαινεσόμεθά τινας Διονυσίῳ τὰ ἐναντία πεποιηκότας, οἷον Γέλωνα ἢ Ἱέρωνα, ὅτι πατράσιν ἐῴκεσαν τῆς Σικελίας καὶ διδασκάλοις· καὶ γὰρ νουθετεῖται ἀκούων ἅμα καὶ οὐ λοιδορεῖται καὶ ζηλοτυπεῖ τῷ Γέλωνι ἐπαινουμένῳ καὶ ἐπαίνου ὀρέγεται καὶ αὐτός.[2])

---

1) Egregie consentit Quintilianus IX 2, 65: (oratio figurata genus est), in quo per quandam suspicionem (ἔμφασιν) quod non dicimus accipi volumus; non utique contrarium ut in εἰρωνείᾳ, sed aliud latens et auditori quasi inveniendum. Conferas praeterea Theophrasteam σκώμματος definitionem, quae utrum περὶ λέξεως libro adscribenda sit necne, non satis liquet (Plut. quaest conv. II pg. 631 E): ὀνειδισμὸς γάρ ἐστι τῆς ἁμαρτίας παρεσχηματισμένος τὸ σ ῶμμα κατὰ τὸν Θεόφραστον.

2) Ex eadem oratione (sive eam 'κατὰ Φαλάριδος' sive 'πρὸς Διονύσιον προτρεπτικός' inscribere mavis) desumptum est exemplum § 237: κατὰ (cod.: καὶ τοῦ) Φαλάριδος τοῦ τυράννου ἔφη τις· ἄττα γὰρ ὁ Φάλαρις ἠνώχλει τοῖς Ἀκραγαντίνοις. Praecedunt autem haec verba: οἷον ὥς ὁ † Γαδηρεὺς ἐπὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας φησί (sequitur lacuna). Manifestum est eiusdem auctoris esse utramque orationem; nam illud 'τις' epitomatoris inscitiae debemus (cf. quae supra de § 97 disputavimus): itaque illi 'Γαδηρεῖ' adscripserim et Phalaridis accusationem et alteram illam declamationem quam patet contra Aristidem esse habitam: nam paullo infra (§ 238) hoc legitur exemplum: ὥς πέρ τις Ἀριστείδου κατηγορῶν, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν κ. τ λ. Idem subesse

Sequuntur § 293 exempla de iracundia principum[1]) *vitanda; etiam § 294*[2]) *ad σχῆμα ἀσφαλείας ἕνεκα pertinet. Deinde §§ 295—298 ironicum schema spectant:*

---

argumentum apparet: utroque enim loco pugna Salaminia commemoratur. Itaque eidem declamationi tribuendum esse videtur exemplum § 236: ʻκατέβαινεν ὁ Ξέρξης μετὰ πάντων τῶν ἑαυτοῦʼ. — Nomen ipsum auctoris, cui accusationes illae Phalaridos et Aristidis tribuendae sunt, in codice Parisino corruptum est; nam Γαδηρεύς nihil est. Quodsi vulgo scriptum est Γαδαρεύς, non multum ea re adiuvamur: de quonam enim rhetore Gadarensi cogitandum est? Nam Theodorum aut Apsinem hic laudari vix crediderim, quoniam Demetrii auctorem ne Augusteae aetatis quidem rhetoras novisse videmus. Rem absolvisse sibi visus est Radermacher scribens Γαδειρεύς; sed ea voce significaretur scriptor Gadibus (τὰ Γάδειρα) ortus. Itaque pro Γαδηρεύς legendum esse censeo Φαληρεύς; videtur ille Demetrius intelligendus esse, cuius λόγος ἐσχηματισμένος in § 289 laudatur; eidem auctori igitur figurata illa Phalaridis accusatio (§ 292) tribuenda esse videtur et Ἀριστείδου κατηγορία. — ʻAristidis accusatioʼ nescio an fuerit Phalerei liber de Aristide (Diog. Laert. V 81: Ἀριστείδης ᾱ); nam etiam qui ibidem apud Diogenem legitur titulus Σωκράτης ᾱ minus accuratus est: Socratis ἀπολογίαν (Diog. Laert. IX 15. 37. 57) subesse constat (cf. PRE IV 2833 sq.). Quo ex libro Plutarchus (vit. Aristid. cap. 1. 5. 27) nonnulla servavit ad Aristidis vitam privatam pertinentia.

Quodsi in Demetrii libello duae Phalerei ʻdeclamationesʼ laudantur, id optime convenit cum iis quae apud Quintilianum II 4, 41 legimus: ʻfictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere circa Demetrium Phalerea institutum fere constat. An ab ipso id genus exercitationis sit inventum … parum comperiʼ. Phalerei exempla ex Theophrasto hausta esse videntur (cf. quae ad § 289 disputavimus).

1) Quae de Hermia narrantur Peripateticorum scholam redolent.

2) § 294 ubi δήμου atque tyrannorum ἤθη inter se componuntur Peripateticorum studia ostendit.

§ 295: καί ποτε αὐτὸν τὸν ἁμαρτάνοντα ἐπαινέcομεν οὐκ ἐφ' οἷc ἥμαρτεν, ἀλλ' ἐφ' οἷc οὐχ ἡμάρτηκεν ...[1])

§§ 296 et 297 Socratica illa ars dialectica tractatur, quam ironia aliqua niti notissimum est; Socratis ratio enim illustratur et Aristippi et Xenophontis (§ 296) rationibus docendi, quae schemate omnino carent, oppositis:

§ 297: τὸ δὲ ἰδίωc καλούμενον εἶδοc Cωκρατικὸν ... μεταρρυθμίcει ἂν τοῦτο τὸ πρᾶγμα τὸ προειρημένον (sc. non solum rem familiarem, sed etiam scientiam ea recte utendi patres filiis relinquere oportere) εἰc ἐρώτηcιν[2]) .... § 298 εὐημέρηcαν δ' οἱ τοιοῦτοι λόγοι τότε ἐξευρεθέντεc τὸ πρῶτον, μᾶλλον δὲ ἐξέπληξαν τῷ τε μιμητικῷ καὶ τῷ ἐναργεῖ καὶ τῷ μετὰ μεγαλοφροcύνηc νουθετικῷ.

---

1) cf. § 291: εἴ τιc ἐθέλοι καὶ ψόγουc καὶ οὐ ψόγουc εἶναι.

2) quae est species λόγου ἐcχηματιcμένου (§ 279). Aristippus contra rem ἀποφαινόμενοc effert, Xenophon ὑποθετικῶc (h. e. simpliciter praeceptum dat).

APPENDIX

I. De doctrina περὶ σχημάτων.

In Ciceronis oratore Theophrasteae περὶ σχημάτων doctrinae vestigia duobus inveniuntur locis: §§ 164—167, ubi antitheticae figurae tractantur, et § 135, ubi figurae ad ceteras species (προσθήκη, ἀφαίρεσις, μετάθεσις) pertinentes enumerantur. Atque §§ 164—167 Theophrasti ingenium apertissime prae se ferunt: antitheticas figuras enim Gorgias dicitur 'invenisse', quae res certissimum Theophrasteae doctrinae vestigium est. Ceteras 'figuras' (§ 135) a Theophrasto alienas non esse, ea ex re elucet, quod tota res non solum perantiqua est (nam etiam apud auctorem ad H. invenitur), sed etiam in Demetrii libro occurrit, qui fidelissimus testis est Theophrasteae doctrinae. Atque sine dubio apud auctorem ad H., Ciceronem, Demetrium ea περὶ σχημάτων doctrinae forma servata est, quae Caecilio (ex quo reliqui fere omnes hauserunt) antiquior est, quaeque ad nullum alium fontem nisi Theophrastum potest referri: figurae enim a tribus illis auctoribus enumeratae cum σχηματισμοῦ speciebus iam Aristoteli notis consociari possunt. Itaque — licet in quibusdam doctrinae minutiis tres illi auctores recentioris aetatis technographos sequi potuisse haud negandum sit — id tamen constat apud auctorem ad H., Ciceronem, Demetrium eam doctrinae formam esse servatam, quae inde ab Aristotele usque ad Atticismi aetatem vigebat, quamque etiam Theophrastum habuisse supra demonstravimus.

Auctor ad Herenn. praeter 'τρόπους' (IV §§ 42—46) et eas exornationes oratorias, quae postea infelicem in modum

nomine 'διανοίας σχήματα' comprehenduntur, in libro IV *λέξεως σχήματα* enumerat, quarum tabellam hic propono:

§ 19 *ἐπαναφορά* ('repetitio')
ἀντιστροφή ('conversio')
§ 20 *συμπλοκή* ('complexio')
ἀντιμετάθεσις ('traductio')
§ 21 *ἀντίθετον* ('contentio')
[§§ 26, 27 *κῶλον, κόμμα, περίοδος* ('membrum, articulus, continuatio')]
§ 28 *πάρισον* ('compar')
ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον ('similiter cadens, s. desinens')
§ 29 *παρονομασία* ('adnominatio')
§ 30 *πολύπτωτον* (deest nomen Latinum)
§ 34 *κλῖμαξ* ('gradatio')
§§ 37, 38 *διεζευγμένον, συνεζευγμένον, ἐπεζευγμένον* ('disiunctum, coniunctio, adiunctio')
ἀναδίπλωσις ('conduplicatio')
§ 39 *ἀντιμεταβολή* ('commutatio')
§ 41 *ἀσύνδετον* ('dissolutio')
§ 44 *ὑπέρβατον* ('transgressio').

Ciceronis *σχημάτων* tabella restituenda est ex de or. III §§ 206, 207 et or. § 135. Habet autem haec:

	de or. III:	orator:
ἀναδίπλωσις	nam et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias	cum aut duplicantur iteranturque verba
παρονομασία	et paullulum immutatum verbum atque deflexum	aut leviter commutata ponuntur
ἐπαναφορά	et eiusdem verbi crebra tum a primo repetitio	aut ab eodem verbo ducitur saepius oratio
ἀντιστροφή	tum in extremum conversio	aut in idem conicitur
συμπλοκή	et in eadem verba impetus et concursio	aut utrumque

διεζευγμένον, ἐπεζευγμένον	et adiunctio et progressio	aut adiungitur idem iteratum aut idem ad extremum refertur
ἀντιμετάθεσις	et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio et revocatio verbi	aut continenter unum verbum non eadem sententia ponitur
ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον	et illa, quae similiter desinunt aut quae cadunt similiter	aut, cum similiter vel cadunt verba vel desinunt
ἀντίθετον	et contrarium[1]	aut cum sunt contrariis relata contraria
πάρισον, παρόμοιον	aut quae paria paribus referuntur, aut quae sunt inter se similia.	
κλῖμαξ	§ 207 Est etiam gradatio quaedam et conversio	aut cum gradatim sursum versum reditur
ὑπέρβατον	et verborum concinna transgressio[2]	
ἀσύνδετον[3]	et dissolutum	aut cum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur
πολύπτωτον	et quod in multis casibus ponitur	aut cum eiusdem nominis casus saepius commutantur[4]

Figurae ab auctore ad H. et Cicerone miro consensu enumeratae, ut supra diximus, facillime cum σχηματισμοῦ categoriis illis, quas Aristotelem Theophrastumque habuisse

1) Haec verba ex 207 huc traieci.
2) Hic verba 'et contrarium' supra a me traiecta omisi.
3) Post ἀσύνδετον utroque Ciceronis loco nonnulla διανοίας σχήματα interposita sunt.
4) Hic bene 'oratoris' enumeratio finitur. In de or. III 207 contra male exornationes quaedam ad rem non pertinentes adnexae sunt, quam rem iam Quint. (IX 3, 90—97) bene perspexit.

constat, consociari possunt; nam quae apud Latinos duos auctores indigesta et indivisa leguntur speciebus illis manifesto sunt subicienda, qua in re duce utor Quintiliano (IX 3), qui praeter Phoebammona solus totam materiam bene digestam praebet.[1]) Invenimus autem eas tantum figuras, quae ad totum enuntiatum pertinent ('σχήματα λόγου' quae vocat Fortunatianus); itaque etiam ἀλλοίωσις deest, quia ea res potius grammaticam rationem spectat ideoque apud Latinos minoris momenti erat. Hoc autem modo, quae auctor ad H. atque Cicero praebent σχήματα disponenda sunt:

I (προσθήκη)	II (ἀφαίρεσις)	III (μετάθεσις)	IV (ἀντίθεσις)
ἀναδίπλωσις	ἐπεζευγμένον	ὑπέρβατον	ἀντίθετον
ἀναφορά, ἀντιστροφή, συμπλοκή	ἀσύνδετον		πάρισον, παρόμοιον
πολύπτωτον			ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον
κλῖμαξ			παρονομασία
διεζευγμένον			ἀντιμετάθεσις
			ἀντιμεταβολή[2])

1) Quintilianus enim (IX 3) habet sub specie 'adiectionis' haec: ἀναδίπλωσις § 28, ἀναφορά § 30, ἀντιστροφή § 31, συμπλοκή § 31, πολύπτωτον § 37, διεζευγμένον § 45, κλῖμαξ § 55, sub specie 'detractionis' habet: ἐπεζευγμένον § 62 (asyndeton enim una cum polysyndeto sub specie προσθήκης pertractat); ὑπέρβατον male ad 'tropos' (VIII 6) relegavit. Inter 'figuras antitheticas' haec enumerat παρονομασία § 66, ἀντιμετάθεσις § 67, πάρισον § 76, ὁμοιοτέλευτον § 77, ὁμοιόπτωτον § 78, ἀντίθετον § 81, ἀντιμεταβολή § 85.

Quas res omnes accuratius hic pertractare nolui, ne in technologiae minutiis longus fierem; hoc autem peto, ut mihi benevolus lector credat me non temere figuris a Latinis enumeratis Graeca dedisse nomina (nam ne apud Quintilianum quidem semper Graeca nomina leguntur); nam permultum temporis iis ipsis in rebus consumpsi, ut satis certe Latinorum loquacitas ad Graecorum terminorum technicorum subtilitatem possit reduci.

2) Ἀντιμεταβολή, quae apud Ciceronem deesse videtur, latet

Ad consensum auctoris ad H. Ciceronisque accedit Demetrius. Quod ut manifestum fiat, Demetrii *περὶ σχημάτων* doctrina ex iis, quae ad singula libelli capita relegata sunt, nobis componenda est.

Ante omnia autem placet adnotare antiquissimam Demetrii doctrinam iam ea de causa habendam esse, quod ab eo summo iure figurae compositionis pars esse dicuntur (§ 59: '*τὰ δὲ σχήματα τῆς λέξεώς ἐστι μὲν καὶ αὐτὰ συνθέσεώς τι εἶδος*'). Praeterea tenendum est Demetrium omnino solas 'verborum figuras' novisse; 'sententiarum figurae' ab eius consilio prorsus alienae sunt[1]); atque hac etiam in re proxime ad Theophrastum accedit.

Ex quattuor illis *σχημάτων* speciebus (*προσθήκη, ἀφαίρεσις, μετάθεσις, ἀλλοίωσις*, pro qua in figuris 'rhetoricis' ponendae sunt figurae 'antitheticae') Demetrius § 60 exhibet *ἀλλοίωσιν* (quam *ἀνθυπαλλαγήν* vocat), *προσθήκην* (ad quam sine dubio pertinent *ἀναδίπλωσις* et *ἀναφορά* [§§ 59; 61—62], *πολυσύνδετον* [§ 63], *πολύπτωτον* [§ 65]), *ἀφαίρεσιν* (cuius vestigium est *ἀσύνδετον* § 64). *Μεταθέσεως* vestigium inest in Demetrii verbis § 59: *τὸ γὰρ δὴ τὰ αὐτὰ λέγειν δὶς διπλοῦντα* (quae est anadiplosis) *ἢ ἐπαναφέροντα* (quae est anaphora) *ἢ ἀνθυπαλλάσσοντα* (quae est alloeosis) *διαταττομένῳ καὶ μετασυντιθέντι ἔοικεν*'.[2]) Quod denique ad

---

or. § 166: ''Id quod scis prodest nihil, vel quod nescis obest'' versum efficit ipsa relatio contrariorum' (= *ἀντιμεταβολή*; cf. Quint. IX 3, 85).

1) Nam neque in *μεγαλοπρεπείας* neque in suavitatis neque in reliquis ideis commemorantur; in sola *δεινότητος* idea (§ 263) eorum nomen occurrit; sed ibi ipsius Demetrii dispositio ea re pervertitur; itaque manifestum est ibi genuinam eius sententiam esse deturpatam.

2) *Σύνθεσις* enim non adeo figuris geminationis, anaphorae, mutationis grammaticae '*μετασυντίθεται*' (h. e. compositionis ordo mutatur) quam iis figuris, quae re vera ad 'ordinem' pertinent (dico hyperbaton et *παρέμπτωσιν*). Demetrius hic procul dubio auctoris sui sententiam pervertit: somnians etiam scripsisse videtur haec: '*τὰ αὐτὰ λέγειν δὶς διπλοῦντα ἢ ἐπαναφέροντα ἢ ἀνθυπαλλάσσοντα*'; haudquaquam enim in hypallages figura 'bis idem' dicitur.

figuras antitheticas attinet in § 66 occurrit *παρονομασία* (Quint. IX 3, 66; cf. supra pg. 121), praeterea ad figuras *μεγαλοπρεπεῖς* trahenda est § 103, ubi exponuntur figurae, quae vulgo vocantur '*ἐπεζευγμένον* — *διεζευγμένον*', ex quibus *διεζευγμένον* (Quint. IX 3, 45: 'disiunctio') generi *προσθήκης*, 'adiunctio' (= *ἐπεζευγμένον*: Quint. IX 3, 62) generi *ἀφαιρέσεως* adnumeranda est. Ex reliquis 'ideis' autem accedunt hae figurae: ad *προσθήκης* genus: *κλῖμαξ* (§ 270: Quint. IX 3, 54), *ἐπανάληψις* (§ 196), qua nimia *παρέμπτωσις* sanatur. Ad genus figurarum 'antitheticarum' ex reliquis ideis hae accedunt: *ἀντίθετον* (§§ 154. 268), *παρόμοιον* (§ 247). Ceterum Demetrius earum seriem iam §§ 22—29 (*ἀντίθετον*, *παρόμοιον*, *ἰσόκωλον*, *ὁμοιοτέλευτον*) exhibet. Itaque hanc restituere possumus Demetrii *σχημάτων* tabellam:

I	II	III	IV	V
(*προσθήκη*)	(*ἀφαίρεσις*)	(*μετάθεσις*)	(*ἀλλοίωσις*)	(*ἀντίθεσις*)
ἀναδίπλωσις	*ἐπεζευγμένον*	*παρέμπτωσις*		*ἀντίθετον*
ἀναφορά	*ἀσύνδετον*			*ἰσόκωλον παρόμοιον*
πολυσύνδετον				*ὁμοιοτέλευτον*
πολύπτωτον				*παρονομασία.*
κλῖμαξ				
ἐπανάληψις				
διεζευγμένον				

II. De doctrina *περὶ εἰδῶν κατασκευῆς*.

Supra (pg. 136 sqq.) vidimus Demetrii *λέξιν μεγαλοπρεπῆ* Theophrasti ex consilio praeter delectum verborum proprios magnificentiae fontes exhibere, quos cum Polybio Sardiano (Rh. Gr. III pg. 106, 15 Sp.) *εἴδη κατασκευῆς* vocavimus. Ex quibus Demetrius haec enumerat:

§§ 103. 104 *συντομία*
103 *ἀποσιώπησις*

[105 male repetitur ex § 48]

106—113 ἐπιφώνημα, ἐνθύμημα, γνώμη, προσφώνημα. Demetrii libellum cum mutilum esse videamus, ad alios Theophrasteae doctrinae testes nobis confugiendum est. Atque Quintilianus, qui inde a VIII 3, 61 ideam μεγαλοπρεπείας tractat, haec exhibet:

VIII 3, 61 ἐνάργεια
72 ὁμοίωσις, παραβολή
82 βραχυλογία
83 ἔμφασις
85 ἀποσιώπησις
VIII 4 αὔξησις
VIII 5 sententiosae exornationes (γνώμη, ἐνθύμημα, ἐπιφώνημα).

Alter testis est auctor ad Herenn., qui in libro IV praeter τρόπους (h. e. eas res, quas Quintilianus VIII 6 comprehendit; apud auctorem ad H. §§ 42—46) et σχήματα λέξεως (quorum seriem pg. 198 proposuimus) alias etiam exornationes praebet, quas partim inter 'figuras verborum' interponit, partim distincte ut 'figuras sententiarum' comprehendit. Terminologia auctoris, aperte confusa, nullius momenti est: sed cum etiam σχήματα (sc. λέξεως) auctoris ad H. antiquissimam ostendant doctrinam et in 'tropis' eius multum insit antiquioris traditionis, videndum est, unde 'sententiae figurae' omnino haustae sint: h. e. quemnam locum in antiquiore doctrina habuerint. Atque ea in re statim obviam fit singularis plane cum Quintiliano consensus: nam sex ultimae[1]) 'figurae sententiarum' auctoris ad H. nihil aliud sunt, quam eae exornationes, quas τῷ μεγαλοπρεπεῖ Quintilianus subiecit: habemus enim haec (auctor ad H. IV 45, 59 sqq.):

ὁμοίωσις (cum speciebus eius)[2]) (= similitudo)

---

1) De ceteris (sunt enim exornationes δεινότητος propriae) suo loco videbimus.

2) § 60: conlatio (παραβολή); § 62: exemplum (παράδειγμα); imago (εἰκών); § 63: effictio (εἰκονισμός); notatio (usque ad § 65; χαρακτηρισμός).

§ 66 *προσωποποιία* (= conformatio)
§ 67 *ἔμφασις* (= significatio)
ibid. *ἀποσιώπησις* (= abscisio)
§ 68 *βραχυλογία* (= brevitas)
ibid. *ἐνάργεια* (= demonstratio).

Hic omnia cum Quintiliano consentiunt; sola *προσωποποιία* nova est; ultimae duae Quintiliani species (*αὔξησις* et sententiosae exornationes) exciderunt.

Tertius testis est Trypho Alexandrinus, cuius liber *περὶ τρόπων*, ex Byzantinorum epitomis (Rh. Gr. III 189 sqq. Sp.) qui restitui potest, duas in partes dividitur: primo habet eos 'tropos', quos Quintilianus VIII 6 comprehendit, usque ad doctrinae minutias cum Quintiliano consentiens.[1] Praeterea haec exhibet: (locupletissima cum praebeat 'Ps.-Trypho' [pg. 191 sqq. Spengel], ab eo incipiamus):

(In priore enumeratione[2]) [pg. 191—198]):
ιβ̄ πλεονασμός (pg. 198, 1)
ιγ̄ ἔλλειψις (ibid. 15)

(In altera enumeratione [pg. 199 sqq.]):
β̄[3]) *ἔμφασις* (pg. 199, 15)
γ̄ ἐνάργεια (ibid. 21)

---

1) Quam rem longius probare non censuimus necesse esse ad huius dissertationis argumentum absolvendum. Neque eos Byzantinorum locos nunc misere discerptos, qui ad '*τρόπους*' Quintiliani pertinent, congessi. Itaque haud primo obtutu lectori manifestum fiet Byzantinos re vera nihil aliud praebere quam Quintiliani '*τρόπους*' (VIII 6) et eas, quas supra adscripsimus, exornationes, cum Byzantini species male saepius a genere dividerent.

2) Prior enumeratio in universum Quintiliani 'tropos' comprehendit: *ᾱ μεταφορά*, *β̄ κατάχρησις*, *γ̄ ἀλληγορία* (eiusque species *αἴνιγμα* *δ̄*), *ε̄ μετάληψις*, *ϛ̄ μετωνυμία*, *ζ̄ συνεκδοχή*, *η̄ ὀνοματοποιία*, *θ̄ περίφρασις*, *ιᾱ ὑπέρβατον* (eiusque speciem *ἀναστροφήν* *ῑ*); Ps.-Tryphonis ipsius distinctio (pg. 198, 21) *τρόποι τῆς γραμματικῆς — τρόποι τῆς φράσεως* nullius pretii est.

3) Agmen ducit alterius gregis *ὑπερβολή* (pg. 198, 30), quae etiam a Quintiliano (VIII 6, 67) 'tropis' adnumeratur.

$\overline{\delta}$ παρασιώπησις (ibid. 26)

$\overline{\varepsilon}$—$\overline{\zeta}$ ὁμοίωσις cum speciebus[1]) (pg. 200, 3—202, 6)

$\overline{\eta}$ συντομία (pg. 202, 7)

$\overline{\vartheta}$ βραχύτης (ibid. 16)

$\overline{\iota}$ σύλληψις (ibid. 24)

$\overline{\iota\alpha}$ ἐπανάληψις (pg. 203, 1)

$\overline{\iota\beta}$ προαναφώνησις (ibid. 14)

$\overline{\iota\gamma}$ παρέκβασις (pg. 203, 20)

$\overline{\iota\delta}$ ἀμφιβολία (pg. 203, 24)[2])

Ex Ps.-Gregorio (pg. 215—226 Sp.) praeter ea, quae cum Tryphone consentiunt (πλεονασμός, ἔλλειψις, ἀμφιβολία, παρέκβασις, σύλληψις) accedunt haec: ἐπαύξησις (pg. 225, 7), ἐξοχή (ibid. 17), σχῆμα[3]) (pg. 226, 6). Ex Anonymo christiano vel integro (pg. 207—214) praeter ea, quae cum Ps.-Tryphone et Ps.-Gregorio consentiunt (σύλληψις, πλεονασμός, ἔλλειψις, ἐξοχή) accedit: προσωποποιία (pg. 212, 13). Reliqui tres (Anonymus mutilus, Cocondrius, Georgius Choeroboscus; pg. 227—256) nihil novi praebent.[4])

---

1) Homoeosi ipsi subiciuntur (pg. 200, 5) εἰκών, παράδειγμα, παραβολή. Sequuntur 204, 27 χαρακτηρισμός ($\overline{\varsigma}$) et 202, 1 εἰκασμός ($\overline{\zeta}$).

2) Agmen claudunt εἰρωνεία (pg. 205, 1, $\overline{\iota\vartheta}$) cum eius speciebus: $\overline{\iota\varepsilon}$ ἀντίφρασις, $\overline{\kappa}$ σαρκασμός, $\overline{\kappa\alpha}$ μυκτηρισμός, $\overline{\kappa\beta}$ χαριεντισμός, $\overline{\kappa\gamma}$ ἐπικερτόμησις, $\overline{\kappa\delta}$ ἀστεισμός, $\overline{\kappa\varepsilon}$ παροιμία. Ironia est autem ipsa species allegoriae (Quint. VIII 6, 54).

Restant $\overline{\iota\varsigma}$ μετατύπωσις (pg. 204, 19), quae est species onomatopoeiae, et $\overline{\iota\eta}$ ἀντονομασία, qui est re vera 'tropus'. Itaque vides Ps.-Tryphonem nihil exhibere quam 'tropos Quintilianeos' (VIII 6) et ea quae supra adscripsimus.

3) Nihil aliud est quam vestigium disputationis, in qua differentia quae esset inter σχῆμα et τρόπον exponebatur; itaque statim de medio tollendum est.

4) Prorsus eandem atque Tryphonis epitomatores doctrinam etiam Ps.-Plutarchi liber de vita et poesi Homeri praebet, ubi l. II §§ 15—71 (vol. VII pg. 344 sq. Bern.) Homeri τρόπων et σχημάτων usus explicatur; enumerantur autem haec:

Quae Byzantinorum praecepta si inter se componimus hanc habes Tryphonis exornationum tabellam:

ἔμφασις
ἐνάργεια
παρασιώπησις
ὁμοίωσις
προσωποποιία
συντομία (βραχύτης) } = auctor ad H. IV 45, 59 sqq. = Quint. VIII 3, 61 sqq.
ἐπαύξησις, ἐξοχή = Quint. VIII 4
προαναφώνησις, παρέκβασις = Quint. VIII 5.

Priores sex exornationes cum iis consentiunt quae auctor ad H. (IV 45, 59 sqq.) et Quintilianus (VIII 3, 61 sqq.) praebent[1]); posteriores quattuor exornationes Quintiliani sectionibus VIII 4 et VIII 5 respondent: nam statim apparet *ἐπαύξησιν* esse speciem *αὐξήσεως* (Quint. VIII 4), eiusdemque generis esse *ἐξοχήν*. Pariter *προαναφώνησιν* patet esse fragmentum quamvis exile ʻsententiosarum exornationum' (Quint. VIII 5); nam idem est atque Demetrii *προσφώνημα* (§ 111), opposita autem est *ἐπιφωνήματι* (Quint. VIII 5, 11; Demetr. § 106); eidem generi *παρέκβασις* adscribenda est.

Qui restant quattuor Tryphonis ʻ*τρόποι*', consulto neglеximus: *πλεονασμόν* (eiusque speciem *ἐπανάληψιν*), *ἔλλειψιν*,

---

1. XI illi ʻtropi' quos Trypho et Quintilianus (VIII 6) exhibent (§§ 16—25; 29, 30; 68—71).
2. ex ceteris Tryphonis exornationibus (*εἴδη κατασκευῆς*) haec: § 26 *ἔμφασις*, § 65 *προαναφώνησις*, *ἐπιφώνησις*, § 66 *προσωποποιία*, § 67 *διατύπωσις* (*ἐνάργεια*).
3. *σχήματα λέξεως* (ut videtur secundum Caecilium) §§ 27, 28; 31—64.

Atque cum hic ea, quae alias sub Tryphonis nomine feruntur, una cum Caecilii doctrina occurrant, manifestum est Atticismi aetate antiquam Theophrasti doctrinam a permultis grammaticis (ex quorum grege Tryphonis et Caecilii nomina ad nos pervenerunt) in manualia scholastica esse redactam; itaque perquam similia putandum est Tryphonis et Caecilii *τέχνας* exhibuisse. Qua ex re etiam Tryphonis et Quintiliani, qui Caecilium secutus esse videtur, consensus effectus est.

1) Apud Quintilianum sola *προσωποποιία* deest.

σύλληψιν, ἀμφιβολίαν; haec enim patet (cf. supra pg. 153) non 'exornationes' sed 'vitia' esse orationis atque iis respondere, quae Quint. VIII 3, 44—60 disputat.[1])

III. De recentiore *περὶ γελοίου* doctrina.

Theophrasteae *περὶ τοῦ ἡδέως λέγειν* doctrinae non dispositionem quidem sed materiam praeter Demetrium servaverunt recentiores *περὶ γελοίου* disputationes: ut enim '*εἴδη κατασκευῆς*' illa, h. e. fontes *μεγαλοπρεπείας*, in recentiorum libros sub nomine 'figurarum sententiae' transmigraverunt, ita Theophrasti *χάριτες*, h. e. fontes ideae suavitatis, receptae sunt in disputationes *περὶ γελοίου*.

Quae res ut probetur, ea quae apud Demetrium extant[2]), cum disputationibus *περὶ γελοίου* (tractatu Coisliniano [Cramer, Anecd. Par. I 403], Cicerone de or. II 217—289, Quintiliano VI 3) comparemus: Demetrii ordinem autem in tabella, quae nunc sequitur, ex iis, quae supra disputata sunt, restituimus. Recentiorum dispositionem consulto neglexemus: exhibent enim spuriam illam 'rerum' et 'verborum' distinctionem, qua Demetrium vidimus Aristotelis et Theophrasti rerum ordinem turbavisse.

---

1) Nihil igitur est in Tryphonis libro, quod Quintilianus non habeat: 'vitia tractantur VIII 3, 44—60, exornationes *μεγαλοπρεπεῖς* VIII 3, 61 sqq.; 4 et 5; reliqui *τρόποι* VIII 6.

2) Neglecta parte de structura et rhythmo (§§ 173—185), quae etiam in disputationibus *περὶ γελοίου* non respicitur.

Demetrius:	Tractatus Coislinianus:	Cicero:	Quintilianus:
σύνθεσις: Συντομία	—	—	§ 45: brevitas
σύνθεσις: τάξις	—	—	—
σύνθεσις: σχήματα	σχήματα λέξεως	§ 268: verba relata contrarie	—
μεταφορά	—	§ 261: translatio verbi	§ 61: translatio
ὀνοματοποιία	—	—	ib.: fictio
ἀλληγορία	—	§ 261: immutata oratio	§ 69: allegoria
εἰρωνεία	—	ib.: inversio verborum	§ 68: ironia
αἴνιγμα[1])	—	—	§ 51: aenigma
παροιμία	—	proverbia § 258	proverbia § 98
μῦθος	—	apologus § 264	apologus § 44
εἰκασία, παραβολή	ἐκ τῆς ὁμοιώσεως	ὁμοίωσις (similitudo) { § 265: παραβολή (collocatio) § 266: εἰκασία (imago)	similitudo § 57 { § 58 parabola —
ὑπερβολή, μεταβολή	ἐκ τοῦ ἀδυνάτου	incredibilis admiratio § 267	hyperbole § 67
παρὰ προσδοκίαν	ἐκ τοῦ παρὰ προσδοκίαν	praeter exspectationem §§ 255 + 284 sqq.	genus decipiendi opinionem § 84 (cf. § 64)
γρῖφος	ἐκ τοῦ ... ἀνακολούθου	discrepantia § 281	cf. § 84
στίχος ἀλλότριος	—	versus paullulum immutatus § 257	versus ... verbis ex parte mutatis § 97
—	παρωνυμία	παρονομασία § 256	Nominum fictio adiectis, detractis mutatis litteris § 53
—	ὁμωνυμία	(cf. §§ 259. 260)	duos sensus significantia § 48
—	συνωνυμία	—	—

1) αἴνιγμα addidimus ex Aristotele ad allegoriam.

IV. De epistulis scribendis.

Quasi humilis dicendi generis appendix a Demetrio subiungitur disputatio de epistulis scribendis (§§ 223—235), quam Theophrasto iam ea de causa tribueris, quia omnia, quae antecedunt, ex eo fluxerunt. Quod si negetur, miserum in modum labores alium auctorem, quo Demetrius praeter Theophrastum usus sit, excogitare coactus. Ceterum etiam haec disputatio de epistulis sine dubio ex fontibus Peripateticis derivata est, atque tota res venerandae antiquitatis exhibet colorem, quam rem si vel manibus tenere studes, cum hac doctissima disputatione conferas recentioris aetatis exiles commentarios scholasticos, quales Hercher in epistolographis Graecis (pg. 1 sqq.) edidit.[1])

De epistulis scribendis disputatio nihil aliud est quam doctrina discipuli alicuius Aristotelis, quae in ipsis Aristotelis epistulis posita est. Demetrii auctor enim aperte profitetur se auctorem quendam esse secutum, qui non solum Aristotelis epistulas et collegerit et ediderit, sed etiam ei editioni doctrinam *ἐπιστολικοῦ εἴδους* praemiserit. Nam non solum Aristoteles ut exemplum epistolographiae ponitur (§ 230: '*Ἀριστοτέλης γοῦν, ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ ἐπιστολικοῦ*') sed etiam, quod gravissimum est, idem vir doctus, qui Aristotelis epistulas collegit doctrinam quoque epistularum ex iis hausit; id enim ex disputationis initio elucet, ubi (§ 223) haec legimus: '*Ἀρτέμων οὖν ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς φησιν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς*'. Hic enim docemur eundem, qui Aristotelis epistulas collegerit, etiam doctrinam de iis perhibuisse, quod dixeris ita factum esse, ut editor in totius operis praefatione, quid de epistulis scribendis sentiret, exposuerit.

Cum eodem viro Demetrii auctori etiam in reliquis res

1) Quorum unus in codice quodam Laurentiano Demetrii Phalerei nomen prae se fert, cuius tituli fides scilicet prorsus nulla est.

est; §§ 224—226 enim de eius sententia: 'epistulam similem esse dialogi' accuratius disputatur[1]) atque annotat ad eam sententiam Demetrii auctor: epistulam maiore ornatu egere quam dialogum, ideoque (§ 226) etiam asyndeta, quae dialogos deceant, ab epistularum abhorrere natura.[2]) In § 227 autem ad sententiam § 223 Demetrii auctor revertitur dicens: '*πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος*' itaque hic etiam Demetrii auctor ab epistularum illo editore pendet. Accedit, quod in tota disputatione solius Aristotelis epistulae laudantur (§§ 225, 230, 233, 234), ut etiam ea ex re appareat editione illa atque eius praefatione Demetrii auctorem esse usum.

Altera ex parte manifestum est non solum epistularum editoris illius doctrinam hic subesse sed etiam Theophrasti: nam procul dubio eodem, quo semper, Demetrius hic etiam utitur auctore: § 226 enim notionem *γραφικῆς* et *ἀγωνιστικῆς λέξεως* exhibet (cf. §§ 193. 194); praeterea dispositio plane Theophrastea est: cum enim §§ 223—227 magis in universum de epistulis agatur, specialiter §§ 228. 229 tractatur *σύνθεσις* (cui subiciuntur *μέγεθος περιόδου* et *τάξις*), §§ 230. 231 *πράγματα*, §§ 232—234 *λέξις*[3]), § 235 '*χαρακτήρ*' (qui *συνθέσει, πράγμασι, λέξει* efficitur). Itaque videmus duas esse totius disputationis partes: priorem generalem vocaveris, quae maxime editoris illius Aristotelis epistularum vestigia monstrat, alteram specialem, quae Theophrasti disponendi rationem ostendit. Itaque nihil restat, quam ut putemus hic etiam Theophrastum Demetrii auctorem fuisse atque in hac particula Theophrastum usum esse doctrina A r t e m o n i s, qui Aristotelis epistulas collegit.

---

1) § 224: '*καὶ λέγει μέν τι ἴσως οὐ μὴν ἅπαν κ. τ. λ.*'

2) § 226: '*καὶ λύσεις ἰσχναὶ ὁποῖαι* **** *οὐ πρέπουσιν ἐπιστολαῖς*'. Lacunam recte posuit Goeller.

3) § 232 tractantur *παροιμίαι*, § 233 *ἀποδείξεις* (quae *γνωμῶν* et *ἐνθυμημάτων*, h. e. sententiosarum exornationum similes sunt); utraque re compellimur in regionem suavitatis: nam epistularum genus (§ 235) praeter necessarias ideas maxime *τὸ ἡδύ* efficere studet. § 234 tractatur *τὸ πρέπον*.

Quae res quominus credatur, nihil repugnat: immo vero simulatque Theophrasti agnovimus vestigia, iam vetamur praeter eum alium Demetrii ponere auctorem, quoniam nunc iam dudum patet Demetrium praeter Theophrastum ne Aristotelem quidem inspexisse: nedum alium auctorem Peripateticum eum ad manus habuisse credas.

Itaque necesse est statuere Artemona illum, qui Aristotelis epistulas collegerit[1]), Theophrasti aequalem fuisse: h. e. scholam Peripateticam statim post magistri mortem editionem illam curavisse. Quod si verum est, Artemona putabimus Aristotelem ipsum audivisse.

Cui sententiae, ut iam supra diximus, nihil obstat, quoniam Artemonis aetas praeterquam ignota est, atque solo Demetrii loco certum in modum definiri potest. Nam si viri docti arbitrati sunt Demetrii Artemona eundem esse atque Artemona Pergamo aut Artemona Cassandrea ortum[2]), ea opinio mera coniectura nititur. Quorum uterque grammaticus fuit ca. annum a. Chr. n. 150 florens: quae res per se sola mihi contra coniecturam illam facere videtur: haud enim crediderim Aristotelis epistulas duo fere saecula post magistri mortem dispersas atque indigestas iacuisse atque tum demum non in Peripato ipso sed Pergami a praefecto bibliothecae esse collectas.

De loco autem totius de epistulis scribendis disputationis incerti esse non possumus: manifesto enim res apud Demetrium male inter ‘necessarias ideas’ et *δεινότητα* inserta est. Apud Theophrastum autem prorsus diversus locus rei assignatus erat: scimus enim Theophrastum in disputatione

---

1) De quo nihil notum est praeter testimonium Davidis, interpretis cuiusdam Armenici in locum Aristot. categ. pg. 24 A 8, qui cum Demetrio prorsus consentit additque Aristotelis epistulas VIII libris esse editas (cf. C. F. Neumann, Mémoires sur la vie et les ouvrages de David, philosophe du V siècle. Journal asiatique 1829; tom. III pg. 113).

2) De quibus ne id satis quidem constat, utrum omnino diversae fuerint personae necne. Potuit enim Artemo Cassandrea natus *Περγαμηνός* vocari, ut bibliothecae praefectus.

περὶ τριῶν λόγου χαρακτήρων non solum varias scriptorum *προαιρέσεις*, sed etiam diversa litterarum *εἴδη* exposuisse (Cic. orat. §§ 62—68). Atque sine dubio praeter *διάλογον* (Cic. orat. §§ 62—64), *ἐπίδειξιν* (orat. § 65), *ἱστορίαν* (orat. § 66) etiam *ἐπιστολή* 'graphicae' elocutioni adscribenda erat: etenim maxime dialogo epistula similis est: nam non Artemon (apud Demetr. § 223) solus praecepit '*εἶναι τὴν ἐπιστολὴν οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου*' sed etiam apud Quintilianum (IX 4, 19, loco plane Theophrasteo) *διάλογος* cum epistula componitur: 'Est igitur ante omnia oratio alia vincta atque contexta, soluta alia, qualis in sermone (= *διάλογος*) et epistulis, nisi aliquid supra naturam suam tractant, ut de philosophia, de republica similibusque'. Quibus cum verbis egregie consentit Demetrius (§ 234): '*ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσίν ποτε καὶ βασιλεῦσιν γράφομεν, ἔστωσαν αἳ τοιαῦται* (cod.: *τοιαῦται αἵ*: transposuit Arnim) *ἐπιστολαὶ μικρὸν ἐξηρμέναι πως*'; conferas quaeso praeterea § 231: '*εἰ γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφοι καὶ φυσιολογίας, γράφει μέν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει*'.

V. De Zoili figuris.

Notioni exornationum illarum, quas proprios *δεινότητος* fontes esse supra (pg. 189) vidimus, subest doctrina illa Zoili, Isocratis discipuli, de oratione figurata (*λόγος ἐσχηματισμένος*) cuius summam nobis servavit Quintilianus IX 1, 14 (aut potius Caecilius in libello *περὶ σχημάτων*, ex quo totus fluxit Quintiliani liber): 'verum id ipsum (i. e. *σχῆμα*) anguste Zoilus terminavit, qui id solum putaverit schema, quo aliud simulatur dici quam dicitur'. Quod Zoili *σχῆμα* vigere recte vidit W. Barczat, De figurarum disciplina, Diss. Gott. 1904, pg. 21 in Anaximenis arte rhetorica: ibi enim (c. 21), cum *εἰρωνεία*, qua profecto 'aliud simulatur quam dicitur', appellatur technice *σχῆμα*, sine dubio Anaximenes Zoili sententiam est secutus: atque ita quidem, ut manifestum sit etiam Zoilum *σχήματος* species putavisse *εἰρωνείαν* ('*τοῖς ἐναντίοις ὀνόμασι τὰ πράγματα*

προσαγορεύειν')[1]) et *παράλειψιν* ('*λέγειν τι μὴ προσποιούμενον λέγειν*'). Fundamentum enim totius doctrinae id est, quod et in ironia 'simulat' orator et in omissione (simulans enim se aliquid omittere tamen dicit); utrumque igitur '*σχῆμα*' ex Zoili definitione vocandum erat. Omnino enim manifestum est Anaximenem oportuisse Zoili *σχήματος* notionem totius disputationis ponere fundamentum: Anaximenes autem non solum in ironiae et omissionis enarratione id non satis aperte fecit, sed ea etiam re totam doctrinam perturbavit, quod ironiam et *παράλειψιν* subiecit palillologiae (c. 20).

Nos autem ita rem accipimus, ut nihil aliud dicamus ex Anaximenis arte elucere quam id, quod Zoilus *σχήματα* putaverit ironiam, *παράλειψιν*, *παλιλλογίαν* (palillogia enim ideo '*σχῆμα*' est, quod orator ea usus certum in modum auditoris adsimulat consensum)[2]); nihil enim movemur ea re quod Anaximenes ironiam et omissionem palillogiae fecit species: nam notionem generalem non *παλιλλογίαν* esse oportebat sed ipsum '*σχῆμα*' (pg. 57, 16) atque ei notioni ceteras res: ironiam, *παράλειψιν*, *παλιλλογίαν* ut species esse subiectas. Praeterea etiam unusquisque videbit eas iterationis species, quae in c. 20 enumerantur, re vera species iterationis non esse, sed distincta Zoili '*σχήματα*' per se ipsa constantia: nam et quarta species (*ἐπερώτησις* pg. 57, 5) casu tantum, ut ita dicam, cum iteratione coniuncta est: (apparet enim *ἐπερώτησιν* iam per se ipsam *σχῆμα* esse — simulat enim orator se aliquid ex adversario quaerere, cuius rei responsum ipse subministrat — neque semper in iteratione id fieri debere) et prima species (*διαλογισμός* pg. 56, 10, quod 'communicationem' vocant Latini) nihil aliud est quam '*ἀπορία*' adsimulata (pg. 56, 12: '*ἀπορῶ δ' ἔγωγε*'): adsimulat

---

1) Anaximenes male magistri doctrinam reddere videtur 'ironiam' vocans et ironiam ipsam et 'omissionem'.

2) dicens ex. gr. *ἀπέδειξα δ' αὐτοὺς διαλύσαντας προτέρους τὴν συμμαχίαν*' quasi id cum tacite acciperent auditores, iam ea re oratoris sententiam suam fecissent cf. Quint. IX 2. 13: 'iterare quaedam schemate aliquo; non enim est ipsa per se iteratio schema.'

enim orator se cum auditoribus communicari exque iis quasi consilium petere; itaque hic etiam contra Anaximenis sententiam haec schemata non iterationi subiciemus sed proprias 'schematos' Zoili species esse putabimus.[1]) Itaque contendi posse putamus Anaximenem capitibus 20 et 21 has Zoili magistri sui *σχήματος* species exposuisse:

παλιλλογία
ἐρώτησις
εἰρωνεία
ἀπορία
παράλειψις.

Alias species *σχήματος* (*προκατάληψιν* et *αἰτήματα*) in capitibus 18 et 19 tractari infra videbimus.

Scilicet Zoilus eas *σχήματος* species constituens non de 'sententiarum' illis 'figuris' cogitavit, quae ab eius aetate prorsus alienae sunt. Nam omnibus illis Zoili 'figuris' simulationis notio communis est, quae in *διανοίας σχημάτων* enumerationibus, quales apud recentiores extant technographos, omnino deest. Itaque ea quae Caecilius apud Quint. de Zoilo tradit, non ita accipienda sunt, ut Zoilum cetera *διανοίας σχήματα* reiecisse et ea tantum servasse putemus quibus inesset simulatio. Nam apud Zoilum *σχῆμα* id tantum est, quod orationem figuratam (h. e. eam, quae aliud dicit, aliud significat) constituit; notionem *σχήματος διανοίας*, qualem recentiores habent, Zoili aetas omnino nondum novit. Zoilum enim manifestum est *λόγου ἐσχηματισμένου* exposuisse doctrinam eique orationi praeter alias *σχήματος* (i. e. simulationis) species ironiam, omissionem, iterationem, communicationem interrogationesque ficticias tribuisse.

Easdem exornationes, quas in Demetrii integro libello *δεινότητι* subiectas fuisse putandum est, pertractat auctor *περὶ ὕψους* in disputatione *περὶ σχημάτων* (capp. 16—29).

---

1) Altera Anaximenis species (*ἀπολογισμός* pg. 56, 17) nihil aliud est quam genuinae *παλιλλογίας* exemplum, quae scilicet fit per *ἀπολογισμόν* (= *ἀπόδειξιν*); tertia species (ib. 22 *τὸ ἐκ προαιρέσεως ἀναμιμνήσκειν*) omnino neque iteratio neque omnino schema esse videtur.

Is enim praeter 'verborum figuras' et Zoili illa 'σχήματα' et Theophrasti εἴδη κατασκευῆς propria μεγαλοπρεπείας pertractat.

Primo tractantur Zoili σχήματος species; idque usque ad lacunam paginae 140 Sp.-H.; itaque, quae desunt apud auctorem π. ὕψ. species Zoili, lacuna ea periisse putandum est. Atque agmen ducit ὠμοτικὸν σχῆμα, quod re vera Zoili esse σχήματος speciem ea re ostenditur, quod Quintilianus (IX 2, 62) totius rei explicans significationem his verbis utitur: 'quibusdam enim dum aliud agere videmur, aliud efficimus sicut ... Demosthenes iurando per interfectos in Marathone et Salamine (pro Ctesiph. § 208) id agit, ut minore invidia cladis apud Chaeroneam acceptae laboret'. Verba enim 'dum aliud agere videmur, aliud efficimus' nihil aliud sunt quam generalis Zoili σχήματος definitio.[1]) Simulatio enim est in hac 'figura', quod Demosthenes iurando cladem illam cum victoriis maiorum aequare quodammodo studet (cf. auctor π. ὕψ. pg. 137, 22: 'δι' ἀσφαλείας ἄγει', quod egregie consentit cum Demetrii doctrina orationis figuratae). In capite 17 vero ipsius λόγου ἐσχηματισμένου doctrina in universum tractatur, neque dubium est, quin auctori π. ὕψ. (h. e.: Caecilio) ea orationis figuratae doctrina ad manus fuerit, quae Demetrio: nam etiam auctor π. ὕψ. (pg. 138, 13) huiusmodi orationes habendas esse dicit (sc. incolumitatis gratia) apud tyrannos, reges, duces potentissimos.

In capite 18 tractatur Zoili interrogatio ('πεύσεις καὶ ἐρωτήσεις'); atque pg. 140, 10 cum dicatur interrogationis figura moveri πάθος, credendum est etiam cetera Zoili σχήματα apud Theophrastum subiecta fuisse δεινότητι.

Post interrogationem autem lacuna intericitur, qua non solum ceteras Zoili σχήματος species (velut παράλειψις, εἰ-

---

1) Ceterum mirum in modum consentiunt auctor π. ὕψ. atque Quintilianus; eodem enim exemplo uterque utitur: Demosthenis illo 'οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας'. Uterque Caecilium excripsit.

ϱωνεία, εὐφημισμός) interiisse putandum est, sed — praeter verborum figurarum initium nunc deperditum — manifesto etiam Theophrasti εἴδη κατασκευῆς interierunt.

Quintilianus enim IX 2 praeter Zoili σχήματος species[1]) habet etiam nonnulla Theophrasti κατασκευῆς εἰδῶν, quae etiam apud Demetrium vidimus δεινότητι fuisse subiecta; nam apud Quintilianum praeter ἔμφασιν (§ 64), post quam statim sequitur Zoili σχῆμα ipsum (§ 65), occurrunt προσωποποιία, ἀποσιώπησις (§§ 29 et 54 = Demetr. §§ 264. 265) atque διατύπωσις (§ 40). Quae διατύπωσις profecto etiam apud auctorem π. ὕψ. fuit, quae res apparet ex loco auctoris π. ὕψ. pg. 141, 11, ubi διατύπωσις eo commemoratur modo, ut manifestum sit eam in lacuna illa inter capp. 18 et 19 interiecta inter ʽσχήματαʼ fuisse enumeratam.

ʽFiguraeʼ quae in auctoris ad H. libro IV enumerantur, ad quattuor pertinent species[2]): praeter ʽτρόπουςʼ enim (§§ 42—46) atque ʽσχήματα λέξεωςʼ (cf. supra pg. 198) habemus seriem illam κατασκευῆς εἰδῶν (cf. supra pg. 203 sq.), quam ob eius cum Tryphone, Quintiliano, Demetrio consensum Theophrasteam esse vidimus.

Reliqua autem omnia sunt eius generis, quod in Zoili ʽσχήματοςʼ notione positum esse vidimus. Atque quod ad rei dispositionem attinet, ita res se habet apud auctorem ad H., ut, si quidem de medio tolluntur τρόποι et σχήματα λέξεως, praecedant Zoili σχήματα, deinde autem continuo ponantur εἴδη κατασκευῆς (inde a § 54).[3]) Ut autem altera series (εἴδη κατασκευῆς) ita sine dubio etiam Zoili σχήματα

---

1) § 16 πρόληψις (de qua infra videndum), § 19 ἀπορία, § 26 εἰρωνεία, § 27 παρρησία (de qua infra videndum), § 38 ἀποστροφή (quae est idem atque ὡμοτικὸν σχῆμα; cf. π. ὕψ. pg. 136, 17).

2) Divisio, quae nunc apud auctorem ad H. extat in figuris ʽverborumʼ et ʽsententiarumʼ prorsus nullius momenti est. Nam inter ʽfiguras verborumʼ occurrunt res et ad τρόπους et ad Zoili σχήματα pertinentes. Itaque auctor ad H. totam auctoris sui dispositionem perturbavit, quae nobis restituenda est.

3) διατύπωσις (§ 51) male anticipatur; species est enim ἐναργείας (§ 68).

Theophrasto debentur. Nunc autem specialiter auctoris ad H. 'σχήματα' tractanda sunt:

1. Agmen ducit (§ 22)[1]) 'exclamatio' ('ἀποστροφή'), quam re vera 'Zoili σχῆμα' esse iam ex eo intellegitur, quod apud auctorem περὶ ὕψους (c. 16) pariter atque hic agmen ducit Zoili 'figurarum'. Accedit locus Quintiliani (IX 2, 26 sq.), qui sine dubio Caecilium secutus egregie explicat exclamationis 'simulatae' naturam; dicit enim haec: 'quae vero sunt augendis adfectibus accommodatae figurae constant maxime simulatione ... § 27 Quod exclamationem quidem vocant ... haec quotiens vera sunt, non sunt in ea forma (Zoili dicit 'σχῆμα'), de qua nunc loquimur; at simulata et arte composita procul dubio σχήματα sunt existimanda'.

2. Simul — h. e. ut unius rei species — tractanda sunt haec: § 22 'interrogatio', § 23 'ratiocinatio', § 33 'subiectio'. Quae manifesto in auctoris ad H. fonte iuxtaposita erant.[2]) 'Interrogationem' pertinere ad Zoili σχῆμα iam supra (pg. 213) vidimus ex Anaximene (pg. 57, 5); hic vero pariter atque apud Anaximenem 'interrogatio' arte cum iteratione connexa est: 'interrogatio non omnis gravis (= δεινή) est .... sed haec, quae, cum enumerata παλιλλογίᾳ sunt, quae obsunt causae adversariorum, confirmat superiorem orationem'.[3]) 'Ratiocinatio' autem (Graece sine dubio vocanda αἰτιολογία) nihil aliud esse videtur quam 'sibi ipsi responsio'; nam haec de ea scribit auctor ad H.: 'ratiocinatio est, per quam ipsi a nobis rationem poscimus'. Quam αἰτολογίαν expresse ut interrogationis speciem habuit Caecilius (π. ὕψ. c. 18 pg. 140, 4 et Quint. IX 2, 14).[4])

---

1) Quae praecedunt sunt σχήματα λέξεως.

2) cf. Quint. IX 3, 98: 'adicit his ... Cornificius interrogationem, ratiocinationem, subiectionem'.

3) cf. Quint. IX 2, 7: 'Figurarum autem (interrogatio est), quotiens non sciscitandi gratia adsumitur sed instandi': ubi pariter δεινότητος notio latet.

4) Ad αἰτιολογίαν etiam pertinet 'divisio' (auctor ad H. IV 40, 52) 'quae rem removens ab re utramque absolvit ratione

Porro etiam 'subiectionem' esse interrogationis speciem docet Quintilianus (IX 2, 15) praeter *αἰτιολογίαν* etiam subiectionem (= *ὑποφορά*) speciem *πύσματος* esse dicens: 'cui (sc. ratiocinationi) diversum est, cum alium rogaverimus, non exspectare responsum sed statim subicere . . . quod schema quidem per suggestionem (*καθ' ὑποφοράν*) vocant'.[1]) Cum Quintiliano consentit auctor ad H. dicens: 'subiectio est, cum interrogamus adversarios aut quaerimus ipsi, quid ab illis aut quid contra nos dici possit'.

3. Ultima verba auctoris ad H. § 33 prorsus novam exhibent sententiam; in iis enim[2]) latere videtur vestigium figurae alicuius notissimae, dico *προκατάληψιν*, qua adsimulantur[3]) adversarii argumenta contraria, quo maiore cum commodo possint refutari. Quam figuram etiam apud auctorem ad H. fuisse, eo minus negari potest, quod exhibetur et ab Anaximene (cap. 18) et a Cicerone, in ceteris plane cum auctore ad H. consentiente. Cum vero apud Quintilianum (IX 2, 16) post *ὑποφοράν* statim sequatur *πρόληψις*, amplius non dubitabimus affirmare: hic apud auctorem ad H. *πρόληψιν* post *ὑποφοράν* excidisse, aut eum potius quodammodo duas eas figuras contaminasse, quia *προλήψεως* vestigia insunt in ultimis § 33 (qua *ὑποφορά* tractatur) verbis.

4. Quarto loco iam hic appono Anaximenis *παλιλλογίαν*, licet res ipsa, ut Spengel (Anax. Turici 1844 pg. 184) perspexit, ab auctore ad H. alio loco (IV 50, 52; 'frequentatio') tractetur. Nam post *ὑποφοράν*, si 'gradatio', quae est *σχῆμα λέξεως*, de medio tollitur, leguntur (§ 35) duo

---

subiecta'. Nam hic etiam ad interrogationem ipse respondet orator (ex. gr. 'An ego nunc tibi quicquam obiciam? Si probus es, non meministi, si improbus non commovere').

1) Itaque ea sola est distinctio inter *αἰτιολογίαν* atque *ὑποφοράν* (quarum utraque 'sibi responsio' est), quod in aetiologia nosmet ipsos, in hyperphora alios rogamus.

2) Quod iam perspexit Kayser (comment. ad hunc locum auctoris ad H.)

3) Vides itaque etiam in procatalepsi 'simulationis' notionem inesse; itaque Zoili 'figuris' adnumeranda est.

'σχήματα', dico 'definitionem' et 'transitionem', quae artissime cohaerent cum palillogia. Quod iam ex ipsis auctoris ad H. verbis manifestum fit: 'Transitio vocatur, quae, cum ostendit breviter, quid dictum sit (= παλιλλογία), proponit idem breviter, quid consequatur'. Videmus igitur παλιλλογίαν etiam coniungi posse cum sequentium 'propositione' (quam hic 'transitionem' noster vocat). Res clarior fit ex Ciceronis locis duobus in vicem sibi respondentibus, ubi non solum 'transitio' (vel 'propositio') auctoris ad H., sed etiam eius 'definitio' cum iteratione coniunctae sunt. Apud Ciceronem[1]) enim enumerantur haec:

de or. III § 203: a) Propositioque, quid sis dicturus	or. § 137: ut proponat, quid dicturus sit,
b) et ab eo, quod est dictum, seiunctio	ut, cum transegerit iam aliquid, definiat,
[et reditus ad propositum][2])	[ut se ipse revocet]
c) et iteratio (= παλιλλογία)	ut, quod dixerit, iteret.

Hic apud Ciceronem παλιλλογία (c) non solum cum 'propositione' (a) coniuncta est, quae idem est atque auctoris ad H. 'transitio', sed etiam cum 'definitione' aliqua (b), quae item cum iteratione artissime coniuncta est. Itaque putaverim etiam auctoris ad H. 'definitionem' huc pertinere eo magis, quod apud eum ita res explicatur (logico enim significatu vocem accipit), ut 'definitio' omnino λέξεως κόσμος esse non posset.

5. auctoris ad H. § 36 occurrit 'correctio'. Haec est notissima illa ἐπιδιόρθωσις, quam ad Zoili σχήματα pertinere[3]) reapse patet: errare enim nos adsimulamus, ut nosmet ipsos possimus emendare.

6. § 37: 'occultatio' est παράλειψις Zoili et Anaximeni et Demetrio (§ 263) nota.

---

1) Locus inest in enumeratione 'διανοίας σχημάτων', quae in utroque libro legitur.

2) Tertia 'figura' utroque loco damnanda est, ut iam ea ex re perspicitur, quod alter alteri non respondet.

3) Licet ab Anaximene non commemoretur.

7. §§ 39, 40 sequuntur 'permissio' (= *ἐπιτροπή*) et 'dubitatio' (= *ἀπορία*), quae comprehendendae esse videntur notione 'communicationis adsimulatae'. Communicationem ipsam — dico oratoris artificium, quo se quasi cum auditoribus consilium habere adsimulat — iam Anaximeni pg. 56, 12 Sp.-H. '*διαλογίζεσθαι*' = communicare) notam esse vidimus. 'Dubitationem' autem huc pertinere ea ex re elucet, quod et Cicero (v. infra) et Quintilianus (IX 2, 19) dubitationem et communicationem coniungunt. Idem Quintilianus (IX 2, 25) 'permissionem' quoque huc trahit: 'paene idem fons est illius, quam permissionem vocant, qui communicationis'.

8. 'Expeditio' (§ 40) et 'conclusio' (§ 41) pertinent ad *συλλογισμόν*, qui autem nihil aliud est quam forma *ἐνθυμήματος*, quod ex Anaximenis doctrina (c. 18; pg. 52, 13) *σχῆμα* putandum est. Itaque apud auctorem ad H. §§ 24, 25 (*γνώμη, ἐνθύμημα*) cum §§ 40, 41 coniungendae sunt.

Cum haec omnia perperam interposita sint inter *σχήματα λέξεως*, melius inter '*διανοίας σχήματα*' adiunguntur tria alia Zoili *σχήματα*[1]), quae sunt haec:

9. 'Distributio' (§ 47). Nec rei nomen nec explicatio auctoris ad H. nos quidquam adiuvaret ad rei naturam perspiciendam, nisi Kayseri (in adnot. ad hunc locum) egregia doctrina ex rei exemplis intellexisset hic latere Anaximenis *αἰτήματα* (c. 19), quae nihil aliud sunt quam preces quaedam adsimulatae, quibus auditoribus nos commendamus.[2]) Rhetoris sane artificium hic ea in re consistit, quod tales res requirens, quales requirere omnino non opus sit (unicuique enim debentur) et modestiam adsimulat et causae suae fidem addit, adsimulans ex. gr. leges ipsas sibi

1) Cetera '*διανοίας σχήματα*' nihil aliud sunt quam Theophrasti *εἴδη κατασκευῆς*.

2) Anaxim. c. 19: *αἰτήματα δέ ἐστιν ἐν τοῖς λόγοις, ἃ παρὰ τῶν ἀκουόντων οἱ λέγοντες αἰτοῦνται*' ex. gr. haec: '*προσέχειν τοῖς λεγομένοις, μετ' εὐνοίας ἀκούειν, κατὰ τοὺς νόμους βοηθεῖν τῷ λέγοντι, μηδὲν παρὰ τοὺς νόμους ψηφίσασθαι, τοῖς ἀτυχήμασι συγγνώμην ἔχειν*'.

favere. Plane eadem res subest apud auctorem ad H.: 'senatus est officium consilio civitatem iuvare' etc.

10. §§ 48, 49 'licentia' est oratoris παρρησία adsimulata (quam ob rem Zoili σχήματος habet naturam). Quam rem optime explicat Quint. IX 2, 27 dicens orationem liberam 'quam Cornificius licentiam vocat, Graeci παρρησίαν' eo usque schema esse quoad 'simulata' atque 'arte composita' sit. Praeterea notandum est hic apud auctorem ad H. ipsam Zoili σχήματος latere generalem notionem; nam verba eius 'apud eos, quos aut vereri aut metuere debemus' plane consentiunt cum Demetrii illis (§ 287): 'σχῆμά ἐστι λόγου μετὰ δυοῖν τούτοιν λεγόμενον· εὐπρεπείας (= vereri) καὶ ἀσφαλείας (= metuere)'.

11. Agmen claudit (§ 50) 'deminutio', ubi rursus auctoris ad H. verba veram rei naturam occultant; sed quoniam figura illa 'deminuitur et attenuatur oratio', manifestum fit hic nihil aliud latere quam 'εὐφημισμόν'.[1])

'Sententiarum figurae' Ciceronis (de or. III 202—205; or. 137—139) ita ex Zoili 'figuris' et Theophrasti 'exornationibus' contaminatae sunt, ut primum occurrant Zoili σχήματα, deinde, bene distincta, εἴδη κατασκευῆς.[2]) Enumerantur autem haec:

Cicero de oratore III § 202:	orator § 137:
Nam et commoratio una in re permultum movet et inlustris explanatio[3])	Sic igitur dicet ille, quem expetimus, ut verset saepe multis modis et in una re

1) Post hanc figuram series incipit εἰδῶν κατασκευῆς; idque hoc modo: § 51 tractatur διατύπωσις ('descriptio') quae re vera pertinet ad ἐνάργειαν (§ 68). Deinde interpositis 'divisione' (§ 52; est species aetiologiae v. supra pg. 217 adn. 4) et 'frequentatione' (§ 53; = παλιλλογία; v. supra pg. 218) inde a § 54 continua serie sequuntur: 'ἐπιμονή, ἐπανάστασις κ. τ. λ.' (cf. pg. 188 adn. 1).

2) Sola prima figura ('commoratio' = ἐπιμονή) Ciceronis culpa a ceterorum κατασκευῆς εἰδῶν grege abscissa, nunc perperam Zoili σχημάτων agmen ducit.

3) Ea quae nunc in de or. III 202 sequuntur ('rerumque quasi ... brevitas') consulto omitto 'oratoris ad Br.' disposi-

1.[1]) et extenuatio

2. et huic adiuncta illusio a praeceptis Caesaris (sc. περὶ γελοίου) non abhorrens

3. § 203 et ab re digressio, in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinens esse debebit,

4. a) propositioque, quid sis dicturus,

b) et ab eo, quod est dictum, seiunctio [et reditus ad propositum][2])

c) et iteratio

5. a) et rationis apta conclusio [tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque traiectio][4])

b) et rogatio atque huic finitima quasi percontatio

c) expositioque sententiae suae.

6. Tum illa, quae maxime quasi inrepit in hominum mentes alia dicentis ac sig-

haereat, in eademque commoretur sententia,

1. saepe etiam ut extenuet aliquid,

2. saepe ut inrideat,

3. ut declinet a proposito deflectatque sententiam,

4. a) ut proponat, quid dicturus sit,

b) ut, cum transegerit iam aliquid, definiat, [ut ipse se revocet][3])

c) ut, quod dixerit, iteret,

5. a) ut argumentum ratione concludat,

b) ut interrogando urgeat,

c) ut rursus quasi ad interrogata sibi ipsi respondeat,

6. ut contra ac dicat accipi et sentiri velit,

---

tionem secutus, qui liber ea, quae hic in III de orat. haud suo loco afferuntur (pertinent enim ad κατασκευῆς εἴδη) exhibet § 139 in fine totius enumerationis. Itaque, quae hic omittuntur, infra quaerenda tibi erunt.

1) Numeris signo Zoili σχήματος species.

2) 'Reditus ad propositum' pertinet ad Nr. 3 unde male repetitus est.

3) 'ut re ipse revocat' (= 'correctio') pertinet ad Nr. 9, ubi haec verba inseruimus.

4) Idem est atque ὑπερβολή; pertinet igitur ad εἴδη κατασκευῆς.

nificantis dissimulatio, quae est periucunda, cum in oratione non contentione sed sermone tractatur,	
7. deinde dubitatio,	7. ut addubitet, quid potius aut quomodo dicat,
8. tum distributio,	8. ut dividat in partes,
9. tum correctio;	9. ⟨ut se ipse revocet⟩,
10. —	10. ut aliquid relinquat ac neglegat,
11. § 204 praemunitio etiam est ad id quod adgrediare et traiectio in alium.	11. ut ante praemuniat, ut in eo ipso, in quo reprehendatur culpam in adversarium conferat,
7. a)[1]) Communicatio, quae est quasi cum eis ipsis, apud quos dicas deliberatio.	7. a) ut saepe cum eis, qui audiunt, non numquam etiam cum adversario quasi deliberet.

Habemus itaque apud Ciceronem has Zoili σχήματος species: 1. εὐφημισμός, 2. εἰρωνεία, 3. παρέκβασις, 4. παλιλλογία, 5. αἰτιολογία, ἐρώτημα, ὑποφορά, 6. σχῆμα ipsum: h. e. generalis rei notio cum Zoili σχήματος definitione consentiens, 7. ἀπορία, 8. αἰτήματα, 9. ἐπιδιόρθωσις, 10. παράλειψις, 11. προκατάληψις.

Quae mirum in modum cum auctore ad H. consentiunt: nihil enim deest, nisi γνώμη, ἐνθύμημα, συλλογισμός.[2]) Nam ne ἀποστροφή quidem auctoris ad H. deest, ut primo obtutu videri possit: in Ciceronis enim ‘verborum figurarum’ enumerationem nonnullae ‘sententiarum figurae’ vitiose repetitae intercalatae sunt, in quibus invenitur ‘exclamatio’ (de or. III 207; or. § 135). Praeterea inter ea, quae in κατασκευῆς

---

1) ‘Communicationem’ numero 7a signavi, quia pertinet ad ἀπορίαν (Nr. 7).

2) Quae res etiam a Theophrasto potius εἴδεσι κατασκευῆς adnumeratae esse videntur, ut ‘sententiosae exornationes’ (Demetr. §§ 106—113; Quint. VIII 5).

εἰδῶν enumerationem vitiose interposita sunt[1]), occurrit ʻvox quaedam libera atque etiam effrenatior augendi causa' (de or. III § 205; or. § 138), quae sine dubio eadem est atque auctoris ad H. παρρησία. Denique in farragine illa in III de oratore libro verborum figuris adnexa (de or. III § 207), de qua iam Quintilianus (IX 3, 90—97) recte iudicavit, legitur ʻpermissio', quae sine dubio respondet auctoris ad H. ʻἐπιτροπῇ'.

Venimus ad alterius generis (ʻεἴδη κατασκευῆς') exornationes Ciceronis tractandas[2]); sunt autem haec:

de or. III § 204:	or. § 138:
1. morum ac vitae imitatio	1. ut hominum mores sermonesque describat
2. § 205 personarum ficta inductio (vel gravissimum lumen augendi)	2. ut muta quaedam loquentia inducat [ut ab eo, quod agitur, avertat animos.[3])]
8. a) descriptio[4]) [erroris inductio][5])	
3. ad hilaritatem impulsio	3. ut saepe in hilaritatem risumve convertat
4. tum duo illa, quae maxime movent, similitudo et exemplum	4. ut comparet similitudines, ut utetur exemplis
5. interpellatio, contentio	5. ut interpellatorem coerceat
6. reticentia	6. ut aliquid reticere se dicat (!)

1) Vitiose ex priore serie repetuntur προκατάληψις et αἰτήματα (de or. III 205; or. 138). Praetereaque ʻoratio libera' (= παρρησία), cui adnexa est affectuum enumeratio (ʻiracundia, obiurgatio etc.').

2) Quae vitiose interposita sunt silentio praeterimus.

3) ʻDigressioni' haec verba attribuenda esse videntur, non prosopopoeiae; Ciceronis enim παρέκβασις (in priore enumeratione Nr. 3) re vera habere videtur Zoili σχήματος naturam: utitur digressione orator ʻut ab eo quod agitur avertat animos', h. e. alia dicens alia efficere vult.

4) Idem est atque διατύπωσις pertinetque ad ἐνάργειαν (Nr. 8).

5) vitiosa ʻcorrectionis' repetitio.

	1. a) ut fiat iis apud quos dicet familiaris[1]).
7. § 202[2]) et distincte concisa brevitas	Atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequetur: 7) brevitatem, si res petet
8. rerumque, quasi gerantur, sub aspectum paene subiectio . . .	8. saepe etiam rem dicendo subicet oculis
9. ⟨tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque traiectio⟩[3])	9. saepe supra feret quam fieri possit
10. et huic (brevitati) contraria saepe percussio est et plus ad intelligendum, quam dixeris, significatio.	10. significatio saepe erit maior quam oratio
	3. a) saepe hilaritas
	1. a) saepe vitae naturarumque imitatio.[1])

Itaque etiam *κατασκευῆς εἰδῶν* series Ciceroniana mirum in modum cum auctore ad H. consentit; enumerantur enim haec: 1. *ἠθοποιία*, 2. *προσωποποιία*, 3. *ἀστεῖα*, *γελοῖα*, 4. *ὁμοίωσις*, *παράδειγμα*, 5. *ἐπανάστασις*, 6. *ἀποσιώπησις*, 7. *βραχυλογία*, 8. *ἐνάργεια*, *διατύπωσις*, 9. *ὑπερβολή*, 10. *ἔμφασις*. Nihil enim deest nisi 'allegoria', quae autem apud Ciceronem inter 'tropos' relegata est. Contra maximi momenti est apud Ciceronem Theophrasti ideas duas occurrere, quas auctor ad H. omisit, dico *ἠθοποιίαν* et *χάριν* (*ἡδονήν*). Itaque is, qui Ciceronis 'sententiae figurarum' tabellam conscripsit, non Theophrasti *μεγαλοπρεπές* et *δεινόν*, sed etiam ceteras eius ideas respexisse videtur.

1) Pertinet ad *ἠθοποιίαν* (Nr. 1).
2) Nunc ex de or. III § 202 illas adscribimus exornationes, quas supra consulto omisimus (cf. supra pg. 221 adn. 3).
3) Supplevi ex de or. III § 203. (cf. supra pg. 222 adn. 4).

INDICES.

I. CONSPECTVS FRAGMENTORVM.

(Numeri sunt Maximiliani Schmidtii [de Theophrasto rhetore, Halis 1839.])

---

1) Hoc fragmentum Schmidt numero non signavit.
2) fragmentum spurium eiecimus.

Praeterea hae fragmentorum sedes addendae sunt:

II. THEOPHRASTI ARGVMENTORVM CONSPECTVS.

---

1) De totius libri initio ('de orationis elementis') cf. p. 15, 1 et 2.

2) Subiecta est disputatio de generum dicendi et litterarum *εἰδῶν* ratione pg. 37—39.

III. INDEX NOMINVM.

IV. INDEX LOCORVM
QVI IN HAC EDITIONE TRACTANTVR.

DATE DUE	BORROWER'S NAME

DATE DUE	BORROWER'S NAME


BOSTON COLLEGE
3 9031 01408656 5